

FOUNDED 1852
SICUT PATRIBUS SIT DEUS NOBIS
BOSTONIA
CONDITA A.D.
1630.
CIVITATIS REGIMINE DONATA A.D. 1822.
BOSTON PUBLIC LIBRARY

A

H.7.

T. F. Dwight
(34323)
Aug. 29 1892

9651

Boninus Mombritius ſequentium uoluminū lectori ſalutē.

Hiſtorias qcunq; ſuo cum tempore quæris:
Hoc tibi non amplo codice lector habes.
Condidit Euſebius tecumq; Hieronyme Proſper.
Matthæi pars eſt ultima Palmerii.
Omnibus ut pateant: tabulis impſſit ahænis
Vtile Lauania gente Philippus opus.
Hactenus hoc toto rarum fuit orbe uolumen:
Q uix qui ferret tædia: ſcriptor erat.
Nunc ope Lauaniæ numeroſa uolumina noſtri
Aere perexiguo qualibet urbe legunt.

Idem

Q ui cupit ānoſi prius abdita tempora mundi
Noſcere: tranſcriptos hos emat ære libros.
Non calamo ſperet uolucri nō condere penna.
Plurima qui temptet: menda patere ſolet.
Seu ſibi præſcriptam ſeruet nō linea ſedem:
Siue ſua reges a ſtatione cadent.
Semper in his eadem facies idemq; libellis
Stat tenor: & ꝓprios continet ordo locos.

Idem

Q uidqd ab exortu mundiq; recentibus horis:
Pene ſub hos geſtum creditur eſſe dies:
Codicis ex huius certa ratione uidebis:
Et ſtipe non multa multa notanda feres.

Adiuro te quicunq; hos scripseris libros per dominū Iesum christum & gloriosum eius aduentum: in quo ueniet iudicare uiuos & mortuos : ut cōferas: quod scripseris: & emendes ad exemplaria ea: de quibus scripseris diligenter : & hoc adiurationis genus similiter trāscribas: & transferas ī eum codicem quem descripseris.

Incipit liber cronicarum Euxebii Hieronymi cum superadditis diui hieronymi & Prosperi. Præfatio Hieronymi.

EVsebius Hieronymus Vincentio & Gallieno suis salutem. Vetus iste disertorum mos fuit: ut exercendi causa ingenii græcos libros latino sermone absoluerent: & quod plus in se difficultatis habet: pœmata illustrium uirorum addita metri necessitate trāsferrent: unde & noster Tullius Platonis integros libros ad uerbum īterpretatus est: Et cū iam Aratum romanum hexametris uersibus edidisset: in Xenophōtis œchonomico lusit: In quo opere ita sæpe aureū illud flumen eloquentiæ qbusdā scabris & turbulentis obicibus retardatur: ut qui interpretata nesciūt: a Cicerone dicta non credant. Difficile est enim alienas lineas insequentem: non alicubi incidere arduum: ut quæ in aliena lingua bene dicta sunt eundem decorē in trāslatione cōseruent. Significatum est aliquid unius uerbi proprietate. non habeo meum: quo id efferam: & dum quæro implere sententiam; lōgo ambitu uix breuis uiæ spatia cōsumo. Accedūt hyperbatorum anfractus: dissimilitudines casuū: uarietates figurarum: ipsum postremo suū: & ut ita dicā uernaculum linguæ genus si ad uerbum interpretatur: absurde resonat. Si ob necessitatē aliqd in ordine: in sermone mutauero: ab interpretis uidebor officio recessisse. Itaq; mi Vincenti carissime & tu Galliene pars animæ meæ obsecro: ut quidqd hoc tumultuarii operis ē amicorum non iudicū animo relegatis. Presertim cū & notario ut scitis uelocissime dictauerim: & difficultatē rei etiā diuinorum uoluminum instrumēta testētur: quæ a septuaginta interpretibus edita nō eundē saporē in græco sermone custo

diunt. Quamobrem Aquila & Symachus & Theodotion in citati diuersum pene opus in eodem opere prodiderunt. alio nitente uerbū de uerbo exprimere: alio sensum potius sequi: tertio non multum a ueteribus discrepante. Quinta autem & sexta & septima editio licet qbus censeantur auctoribus: igno retur: tamen ita probabilem sui diuersitatem tenent: ut aucto ritatem sine nominibus meruerint. Inde adeo uenit: ut sacræ litteræ minus comptæ & durū sonare uideantur: quod diserti homines interpretatas eas de hebreo nescientes dum supficiē non medullam inspiciūt ante quasi uestē orationis sordidam phorrescant: q̄ pulcrum intrinsecus rerum corpus inueniant. Deniq; quid psalterio canorius: quod in morē nostri flacci & græci Pindari nunc Iambo currit: nūc alcaico psonat: nunc sap phico tumet: nunc semipede ingreditur? Quid deuteronomii & esaiæ cantico pulchrius? Quid Solomone grauius? Quid perfectius Iob? quæ omnia hexametris & pentametris uersi bus ut Iosephus & Origenes scribunt: apud suos cōposita de currūt. Hæc cū græce legimus: aliud quiddam sonat: cū latine pœnitus nō hærent. Quod si cui nō uidetur linguæ gratiam interpretatiōe mutari: Homerꝝ ad uerbum exprimat ī latinū. plus aliquid dicam. eundē in sua lingua prosæ uerbis interpre tetur. uidebit ordinē ridiculum: & poetam eloquētissimū uix loquentem. Quorsum ista? uidelicet ut non uobis mirꝝ uidea tur: si alicubi offendimus. si tarda oratio aut cōsonātibus aspe ratur: aut uocalibus hiulca sit: uel diuisa aut rerꝝ ipsa breuitate cōstringitur: cum eruditissimi homines ī eodē ope sudauerīt & ad cōmunem difficultatē quam ī omni īterpretatiōe causati sumus: Hoc nobis proprium accedit: ꝙ historia multiplex ē. habens barbara nomina: res incognitas latinis: numeros inex tricabiles: uirgulas rebus piter ac numeris ītertextas: ut pene difficilius sit legendi ordinem discere: q̄ ad lectionis notitiam puenire. Vt autē manifesto cognoscatur indicio: ad quē nume rum historia quæq; ptineat: has distinctiōes positas lector ad uertat: ut si ad primum numerꝝ regni primitus annotati histo ria referenda est: primam litteram in explicatione historiæ

Nota

contempletur. & siquidem eam ex minio uiderit illi tempori applicandā uel anno: sciat quem suggesserit numerꝝ similiter eodem minio figuratum. Si uero numerꝝ nō puro minio sed mixto nigra notatū esse preuiderit secunde linee numero debetur historia. Sin autem tertio numerorꝝ ordini applicandū est: quod fuerit descriptum mediū puro minio numerum & partē reliquā ex solo nigro expressam conspicabit̃. Quarta numeri linea nihil habebit ex minio: sed indicio erit: quod sibi historia debeatur cum minio facta littera in principio enodationis historiæ: que etiā supioribus signis subdenda est. nihilo minus apparebit nullo supius memoratorꝝ signorꝝ in numeris respōdere. Sin uero nō minio sed mixtī nigro rubroq; littera fuerit expressa: refulgens ex rubro numerus in quintā numerorū lineā poterit aduerti. & ita sexta linea numeri ut secūda: septima ut tertia designabitur. Octaua quoq; ut quarta apparente littera bicolori. Cū uero nec numerus nec ī explanatiōe historiæ ullum illorꝝ quæ p̄diximus signorꝝ fuerit non aliena: quod annotatum fuerit: uendicabit. non tamen oīa huiusmodi requirēda sunt necessario: cum minor esset numerus linearꝝ. Vnde premouendum puto: ut pro ut quæq; scripta sunt: etiā colorꝝ diuersitates seruentur: ne quis irrationabili existimet uoluptate: oculis tantum esse rem quæsitam. & dum scribendi tædium fugit: laberynthum erroris ītexat. Id enim elugubratum est: ut regnorum tramites qui per uicinitatem nimiam pœne mixti erāt: distinctiōe minii separent̃: & eundē coloris locum quē prior membrana signauerat ex aduerso positi numeri retinerent: uel etiam posterior scriptura seruaret. Nec ignoro multos fore: qui solita libidīe omnibus detrahēdi huic uolumini geminum dentem infigant: quod uitare non potest: nisi qui omnino nil scribit. calumniabuntur ī tempore. cōuertent ordinem. res arguēt. syllabas euentilabunt: & quod accidere plerꝝq; solet negligētiam librariorum ad auctorem referent: quos cū possem meo iure repercuterē: ut si displicent nō legant: malo breuiter placatos dimittere: ut & græcorꝝ fidem suo auctori assignent: & que noua inseruimus de aliis proba

uissimis uiris libata cognoscant. Sciēdum & enim est me & interpretis & scriptoris ex parte officio usum: qa & græca fidelissime expressi: & nōnulla quæ mihi ītermissa uidebāt adieci in romana maxime historia: quam Euxebius huius cōditor libri nō tamen ignorasse utpote eruditus: sed ut græce scribēs paꝝ suis necessariā perstrīxisse mihi uidetur. Itaq; a Nino & ab Abraam usq; ad troiæ captiuitatem pura græca translatio est. a Troia usq; ad. xx. cōstantini ānū nunc addita nūc mixta sunt plurima: quæ de Tranquillo & cæteris illustribus historicis curiosissime excerpsimus. A Constantini autem supra dicto āno usq; ad consulatū augustoꝝ Valentis sexies & Valētiniani iteꝝ totum meum est: Quo fine cōtentus reliquū temporis Gratiani & Theodosii latioris historiæ stilo reseruaui. non qꝑ e uiuentibus timuerim libere & uere scribere. (Timor enim dei hoīum timorem expellit) sed quoniā debacchātibus adhuc in terra nostra barbaris incerta sunt omnia.

Epithome quod breuiarium sonat: incipit.

MOisen gentis hebreæ qui primus oīum prophetaꝝ ante aduentū domini saluatoris diuinas leges sacris litteris explicauit Inachi fuisse temporibus eruditissimi uiri tradiderūt. Ex nostris Clæmēs & Affricanus & Tacianus. ex iudæis Iosephus & Iustus ueteris historiæ monimenta replicantes. Porro Inachus qngentis annis troianum bellum antecedit. ex ethnicis uero impius ille porphyrius ī quarto opis sui libro quod aduersum nos casso labore cōtexuit. post Moisen Semiramin fuisse affirmat: que apud Assyrios cētumqnquaginta ante Inachū regnauit ānos Itaq; iuxta eū octingentis pœne & qnquaginta annis troiano bello Moises senior īuenit. Cum hec ita se habeāt: necessariū duxi ueritatem diligentius psequi: & ob id in priore libro q̄si quandam materiā futuro opi oīum mihi regum tempora prenotaui chaldeoꝝ: Assyriorum: Medorum: Persarum: lydoꝝ hebreorum: ægiptiorum: atheniensium: argiuoꝝ: Sycioniorū Lacedæmoniorum: chorynthiorū: Thessaloꝝ: Macedonū: Latinorū: qui postea Romani nūcupati sunt. In presenti autē

ſtilo eadem tempora contra ſe inuicem ponẽs & ſingularum
gẽtiũ ãnos dinumerãs: ut qd cuiq; cœtaneum fuit: ita curioſo
ordine coaptaui. Neq; me fugit in hebreis codicibus diſſonã
tes ætatum ãnos ĩueniri: pluſq; uel minus prout interpretibus
uiſum eſt lectitare: Sequendũq; illud potius: quod exempla
riorum multitudo in fidem traxit. uerũ ut cunque quis uolet
computet: reperiet Inachi tẽporibus quem primum Argis
regnaſſe aiunt patriarcham hebreorum fuiſſe Iſraelẽ: a quo. xii.
iudeorum tribus Iſraelis uocabulũ ſortitæ ſunt. Semiramin autẽ
& Abraam contẽporales fuiſſe manifeſtum ẽ. Nam Moyſes
licet iunior ſupradictis ſit: oĩbus tamen quos græci ãtiqſſimoſ
putant: ſenior dephendit̃ homero ſcilicet & heſiodo troiãoq;
bello ac multo ſupior Hercule: Muſæo: Lino: Chyrone: Or
pheo: Caſtore: Polluce: Aeſculapio: Libero: Mercurio: A
polline: & cæteris diis gẽtiũ ſacriſq; uel Vatibus ipſiuſq; Iouis
geſtis: quẽ Græcia in arce diuinitatis collocauit. Hos inq̃ oẽs
quos enumerauimus & poſt Cecropẽ diphyẽ primũ Atticæ
regem fuiſſe cõuincimus. Cecropem autem præſens hiſtoria
Moyſi cœtaneum oſtendit: & ãtecedere troianum bellũ ãnis
cccl. Quod ne cui dubiũ uideatur: ſequens ratio ſic probabit.
Quadrageſimo ſecũdo ãno ĩperii Auguſti Chriſtus natus
eſt. Quĩtodecimo anno Tiberii predicare orſus eſt. Si quis
igitur recurſum ãnorum ſupputãs numerum: alterum Darii regis
perſarum querat ãnum: ſub quo templũ Hieroſolymorum quod
a babyloniis deſtructũ fuerat: ĩſtauratum eſt. reperiet a Tibe
rio uſque ad Darium annos. 548. Darii quippe ſecũdo ãnos
ſexageſimæqꝰtæ olympiadis ãno primo fuit & Tiberii qntuſ
decimus in ducenteſimã primam olympiadem incurrit. Fiũt
ergo inter Darium & Tiberiũ olympiades centũtrigita ſeptẽ
anni. 548. quadriennio in una olympiade ſupputato. Deinde
ſecundo Darii ãno ſeptuageſimus deſolatiõis templi ãnus ex
pletur: a quo uſq; ad primã olympiadẽ retrorſum numerãt̃
olympiades ſexagintaquattuor ĩ ducentisqnquagintaſex ãniſ
qui ſimiliter ſupputantur a ſupradicto deſolatiõis templi ãno
uſq; ad qnquageſimũ ãnum Oziæ regis Iudæorum: ſub quo

Esaias & Osee fuerunt. Itaq; prima olympias Esaiæ & reli
quorum incurrit ætatem: qui cũ eo prophetauerunt. Rursum
si a prima olympiade ad superiora tempora & usq; ad captiui
tatem troiæ proueharis; inuenies ãnos.406.quos & nos ĩ pri
ore opusculo digessimus & curiosissima Græcorũ historia con
scribit. Item apud hebreos a supradicto anno & temporibus
Esaiæ prophetæ usq; ad Sãson & tertiũ ãnum labdon iudicis
supputabis ãnos.406.Samson autem est: quem in corporis
robore Herculi similem ferunt posteri Iudæorũ. & mihi uidẽ
tur non multũ inter se distare tẽpore. Siquidẽ ãbo circa troiæ
captiuitatem fuerũt. post hec iterũ ad priora conuertere & cũ
trecẽtos tibi & uigintinouem ãnos pes retroactus impleuerit
Græcorũ Cecropẽ diphyem & Moysen inuenies hebreorũ.
Nam a.45.Cecropis anno usq; ad captiuitatem Troiæ & ab
octogesimo ætatis Moysi ĩ quo Populum Israel de Aegipto
eduxit: usq; ad Labdon & Samson iudices computantur ãni
328. Itaque sine ulla ambiguitate Moyses & Cecrops qui pri
mus Atheniensiũ rex fuit iisdem fere tẽporibus fuere. porro
iste est cecrops diphyes indigena sub quo primũ ĩ arce oliua
orta est: & Atheniẽsium urbs & Mineruæ appellatiõe sortita
nomen. Hic primus oĩum Iouem appellauit: Simulacra repit
Aram statuit: Victimas ĩmolauit: Nequaq̃ istiusmodi rebus
in Græcia unq̃ uisis. Cætera quoq; quæ apud græcos mira iac
tantur: posteriora Cecropis annis deprehendũtur. Si autem
Cecropis consequenter & Moysi qui cũ Cecrope fuit. Post
hec enim scribitur dilluuium sub deucalione: Incẽdiũ sub phae
tonte. Erichthonius Vulcani & terræ filius Dardanus q Dar
dãiã cõdidit: de quo Homerus quẽ primũ genuit cælesti Iupi
ter arce. Liber quoque & raptus europæ: sacra Cereris: atq;
Isidis delubrũ in Eleusina: frumẽta Triptholemi: regnũ Trois
cuius dii natũ Ganymedem ad sydera raptũ Vina Iouis ma
gnis uoluerunt fundere mensis: Quo tẽpore Tãtalus quoq;
& Ticyus fuerunt & Apollo natus est. Nam Latona Iouis cõ
iunx particia fugit. Latonæ autem & iouis Apollo filius fuit.
Post quos Cadmus Thebas uẽit qui Semelẽ genuit: de qua

pulcherrima proles liber condignam partu tulit edita frugē.
Porro liber & reliqui quos mox inferemus post ducētesimū ānum Cecropis fuerūt Linus.s.& Zetus:Amphiō:Museus Orpheus: Minos:Perseus : Aesculapius. gemini Castor & Pollux. Hercules cum quo Apollo seruiuit Admeto : Post quos facta ē troianæ urbis euersio: quam Homerus longo se quitur interuallo. Homerus autē Solone & Thalete mylesio cæterisq; q cum his septē sapiētes appellati sunt : multo prior reperitur. Deinde Pythagoras extitit: qui se nō sapientem ut priores sed philosophū.i.amatorem sapiētiæ dici uoluit : quē secutus Socrates Platonē erudiuit : a quo famosa ī ptes philo sophia diuisa ē. Hoꝝ singulos iuxta ordinē sequētis historiæ suis locis īseremus. Igitur Moyses cūctos quos supra memo rauimus ātecedit: q ætate Cecropis fuisse mōstratus est. Ab octogesimo autē anno Moysi & egressu Israelis ex Aegypto rursum ad superiora conuersus usq; ad primū ānum Abraæ repies annos.505. quos similiter a quadragesimo qnto anno Cecropis usq; ad Ninum & Semiramin Assyrioꝝ principes supputabis . Primus qppe omni Asiæ exceptis Indis Ninus Belli filius regnauit. Itaq; manifestū est Abraam Nini ætate generatum. Iuxta eū tamen numeꝝ quem contractiorem edi tione uulgata sermo pbet hebreus. Veꝝ ī curiositate ne cesses & cū diligenter diuinā scripturā euolueris a natiuitate Abra am usq; ad totius orbis diluuiū īuenies retrorsum ānos.942. Item a diluuio usq; ad Adam annos.2242. in quibus nulla pe nitus nec græca nec barbara (& ut loquar in cōmune) gentilis īuenitur historia. Quāobrem præsens opusculum ab Abraā & Nino usq; ad nostrā ætatem inferiora tempora psequetur: & statim in principio sui hebreoꝝ Abraam: Assyrioꝝ Ninū & Semiramin proponit. qa neq; Athenaꝝ adhuc urbs neque Argiuorum regnum nomē acceperat solis Sycioniis ī græcia florentibus: apud quos temporibus Abraæ & Nini Europē secundum regnasse ferunt: quod cur etiā nos putemus : ex se quentibus demonstrabitur. Si enim diligenter enumeres ab ultima ætate Nini usq; ad Troiæ captiuitatem: inuenies ānos

octingentos triginta quattuor. Itē in Sicyonia. xxii. āno regis Europis usq; ad supradictum tēpus eosdem annos inuenies. 854. apud hebreos quoq; a natiuitate Abraā usq; ad Labdō & Samson iudices hebreoꝝ qui Troianis tēporibus populo pfuerūt: æque supputabis annos octingētos triginta quattuor Item apud ægiptios ab ætate Nini & Semiramidis quo tēpore sextadecima iam dynastia thebæi ægiptiis imperabant usq; ad uicesimā dynastiā & regē Aegypti Thuorim: qui ab Homero polybus uocat᷑: sub quo etiā Troia capta est. Colligūt᷑ etiam supradicti anni. 854. Igitur cōsequenter uno eodemq; tempore in Libelli fronte ponemus Abraam: Ninum: Semiramin: Europen: Aegiptioꝝ thebæos: & hec qdem ita se habere: ut præfati sumus: posterior textus ostendet. nūc & illud in cura est: ut etiā hebreoꝝ annos in quattuor tempora diuidamus ab Abraam usq; ad Moysen. a Moyse usq; ad primam ædificationē tēpli: a prima ædificatione templi usq; ad secūdā instaurationē eius. Ab instauratione eius usq; ad aduentū domini nostri Iesu Christi. a natiuitate qppe Abraam usque ad Moysen & egressum Israelis ex Aegipto cōputāt᷑ āni. 505. a Moyse autē usq; ad Solomonem & primā ædificationē templi anni quadringenti septuaginta & nouē secundum minorē tamen numeꝝ quem tertius regnoꝝ liber cōtinet. Nam iuxta uolumē iudicum supputant᷑ anni. 600. a Solomone uero usq; ad instaurattonē templi quæ sub Dario Persaꝝ rege facta ē: colliguntur anni. 512. Porro a Dario usq; ad prædicatiōnē domini nostri Iesu Christi & usq; ad qntumdecimū annū Tiberii principis Romanoꝝ explentur anni. 548. Itaq; fiūt simul ab Abraā usq; ad quintūdecimū Tiberii annū āni. 2044. Similiter a Nino & Semiramide usq; ad Moysen & Cecropen anni. 505. a Cecrope usque ad Captiuitatē Troiæ āni trecēti uiginti & nouē. a captiuitate Troiæ usque ad primā olympiaden anni quadringenti & sex. a prima olympiade usque ad secundum Darii annū & instaurationē templi anni ducenti qnquaginta sex. a secundo Darii anno usque ad quintūdecimū Tiberii cæsaris anni quingēti quadraginta octo. Fiunt simul

a Nino & Semiramide usq; ad quītūdecimum Tiberii annū anni duo milia quadraginta quattuor: quos & ab Abraā usq; ad Tiberium legimus supputatos. a Tiberii autē qntodecimo anno usq; ad quartūdecimum annū Valentis quo interiit: numerantur anni trecenti qnquaginta & unus. Itaq; fiūt omnes anni istius historiæ duo milia trecēti nonaginta & qnq;. Et ne forte longus ordo numerorum aliquid turbatiōis afferret: cēm annorum congeriem in decadas cecidimus: quas ex singularum gentiū historiis cōgregātes sibi inuicē fecimus esse cōtrarias: ut facilis pbeatur īuētio: cuius græci ætate uel Barbari prophetæ & reges & sacerdotes fuerūt hebreorum. Item qui diuersarum gentium falso crediti dii: qui heroes: quæ quādo urbs cōdita: qui de Illustribus uiris philosophi: poetæ: principes: scriptoresq; uariorum operum extiterint: & si qua alia digna memoriæ putauit antiqtas: quæ uniuersa in suis locis cum summa breuitate ponemus.

Interpretatio Beati Hieronymi de nominibus gētium totius orbis.

ET facti sunt oēs dies Noe nōgenti quinquaginta anni. Ecce post diluuiū trecentis qnquaginta ānis uixit Noe: ex quo perspicuū est centum uiginti annos generatiōi illi ut supradiximus ad pœnitētiā datos & nō uitæ mortaliū constitutos. Filii Iaphet Gomer & Magog & Madai & Lanā & Tubal & Mosoch & Thiras. Iaphet filii Noe nati sunt septem filii: qui possidebāt terram In Asia ab amano & tauro Syriæ & Cyliciæ montibus usque ad fluuium thanaim. In Europa uero usq; ad Gadira nomina locis & gētibus reliquētes. e quibus postea īmutata sunt plurima. cætera pmanent: ut fuerūt. Sunt autem Gomer Galathæ. Thubal hyberes: qui & hispani: a quibus celtyberia: licet qdā Italos suspicentur. Porro septuagīta īterpretes captuarim capadoces arbitrantur. Thiras Thraces: quorum nō satis uocabulum īmutatū est. Scio quendam Gog & Magog tam de præsenti loco q̄ de Hiezechiel ad Gotthorum nup ī terra nostra bacchantiū historiā retulisse: Quod utrum uerum sit: prælii ipsius

fine monstrabitur. Et certe Gothos oēs retro eruditi magis Gethas q̄ Gog & Magog appellare consueuerūt. Hæ itaque septem gentes quas de Iaphet stirpe uenire memoraui: ad aqlonis ptem habitāt. Filii Gomer Ascamazi & Rhphan & Gothor. Mascanez græci Rheginos uocāt. Rhphan Pelago nas. Gothomar phrygas. Filii Lanam Elisa & Tharsis. Chetini & Dodanim. Ab iis diuisæ sunt insulæ nationum ī terris suis. Vir secundum linguā suam & cognationē & gentē suam. De Ionibus. i. græcis nascunt̃ Helisei: Aeoles unde & quinta lingua græciæ Aeolis appellat̃ quam illi
uocāt Tharsis Iosephus Cylicas arbitratur aspiratiōis litterā uiciose a posteris dicens fuisse corruptam: Vnde & Metropolis eoꝝ ciuitas Tharsus appellatur Paulo apostolo gloriosa. Cetū citu a quibus hodie quæ urbs cypri Citin nomīatur. Dodanim Rhodii ita enim septuaginta interp̄tes trāstulerūt Legamus Varrōis de ātiqtatibus libros: & Asinii Capitonis & græcum Phleganta cæterosq; eruditissimos uiros: & uidebimus pœne oēs insulas & totius orbis littora terrasque mari uicīas græcis accolis occupatas: qui ut supradiximus ab Amano & Tauro montibus oīa maritima loca usque ad occeanum possedere britanicū. Filii Cham Chus & Mesdram & Phut Echamna anchus hodieq; ab hebreis Aethiopia nuncupatur Mesdram Aegiptus. Phut Lybetes a quo & Mauritaniæ fluuius usq; in præsens phut dicitur: oīsq; circa eum regio phutēsis multis scripturis tam græci q̄ latini huius rei sunt testes. Quare autē in una climatis pte antiquū Libyæ nomen resederit. & reliq̄ terra uocata sit Africa: nō huius loci nec tēporis est dicere. Porro Chanaam obtinuit terram: quā Iudæi deinceps possederunt eiectis Chananeis. Filii Chus Saba & Eiula Sabata & Rheema Sabatacha. Saba a quo Sabæi de qbus Virgilius est thurea uirga Sabæis & alibi: centūq; Sabæo thure calent aræ Aeiula getuli ī pte remotioris Africæ heremo cohærentes. Sabata a quo Sabateni: qui nūc Astabili nominātur. Rheemma uero & Sabatacha paulatim antiqua uocabula perdidere: & quæ nunc pro ueteribus habeāt: ignorat̃. Filii

Rheemma Saba & Dadan. Hic Saba per ſin litterã ſcribitᷣ. Supra uero per Samecha: quo diximus appellatos Sabæos. Interpretatur ergo nũc Saba Arabia. Nam in ſeptuageſimo primo pſalmo ubi nos hẽmus: Reges Arabũ & Saba munera offerẽt:ĩ hebreo ſcriptũ ẽ reges Saba & Saba primũ nomẽ per ſin. ſecundũ per Sameci. Dadam gens eſt Aethiopiæ in occidẽtali plaga. Et Chus genuit Nemproth. Iſte cœpit eſſe potens in terra. & poſt paululũ: & fuit inquit caput regni ipſius Babyl & Arach & Acad & chalanne in terra Sennaar. Nẽproth filius Chus arripuit ĩſuetã primus ĩ populos tyrãnidẽ: Regnauitq; ĩ Babylone quæ ab eo quia ibi cõfuſæ ſunt lĩguæ turrim ædificantiũ Babyl appellata eſt. Babyl enim ĩterp̃tatᷣ confuſio. Regnauit autẽ in Arech hoc eſt ĩ ediſſa & ĩ Achad quæ nũc dicitur Nizibis & chalanna: quæ poſtea uerſo nomĩe a Seleuco rege dicta ẽ Seleucia uel recte nũc Chtheſiphõ appellatur. De terra illa exiit Aſſur. & ædificauit Niniuen. & Rhobooth ciuitatẽ. De hac terra Aſſyriorum pullulauit ĩperium qui ex noĩe Nini Belli filii Ninum condiderunt urbem magnam quã hebrei appellãt Niniuen & Rhobooth plateæ interp̃tantur. Ita legendũ eſt: & ædificauit Niniuem & plateaſ ciuitates. & Meſdram genuit Iudin & Ananin & Nethain & Phetroſim & Caſloim: e qbus egreſſi ſunt Philiſtiim & Chaſturĩ exceptis Aabĩ: a qbus poſtea Lybes noĩati ſunt: q priuſ phutei uocabãtᷣ & caſloin q deĩceps philiſtiim appellati ſunt: quos nos corrupte paleſtĩoſ dicius. cæterꝝ ſex gẽtes ignoratæ nobis ſũt: qa bello Aethiopico ſubuerſæ uſq; ad obliuionẽ p̃teritorꝝ noĩum peruenere. poſſederũt autem terrã a Gaza uſq; ad extremos fines Aegipti. & Chanaam genuit Sydonã primogenitum ſuũ & Cethæum & Iebuſæum & Amorreum & Gergeſæum & Etheum & Archeum & Sineũ & Samareum & Amatheum. De Chanaam primus natus ẽ Sydon a quo urbs in phœnice Sydonia uocatur. Dein Aracheus q̇ Arcas condidit oppidum contra tribulim in radicibus libani ſitũ. A quo haud procul alia ciuitas fuit noĩe Sini quæ poſtea uario euentu ſubuerſa bellorꝝ: nomẽ tantũmodo loci priſtinũ reſer

uauit. Aradii sunt qui Aradum insulam possederũt angusto freto a phœnicis littore sepatã. Samaria emosa nobilis Syrie cœlis ciuitas Amathusq; ad nostrũ tempus Thamasirii quã ab hebreis ita ut apud ueteres dicta fuerat appellat̃. Hãc: Macedones qui post Alexandrũ regnauerũt Epiphaniam nũcupauerunt. nõnulli Anthiochiã ita appellatã putant. Alii licet nõ uere tamen opinionem suã quasi uerisimili uocabulo cõsolantes emmas primã ab Anthiochia mansionẽ edissam ꝑgentibus appellari putant: & tandem esse quæ apud ueteres dicta sit emathim. & fuit terminus chananeoꝝ a Sydone donec uenies in Geraa usq; Gazam ꝑgẽtibus Sodomã & Gomorram & Adama & Seboim notæ sunt omnibus. Hoc tantũ ãnotandum uidetur: quod licet ipsa sit: quæ nunc Calliroe dicit̃: ubi aquæ calidæ prorũpentes ĩ mare mortuũ defluunt. Filii Sem Aelam & Assur & Arphaxat Lydi & Aram: hi ab Euphrate fluuio partẽ Asiæ usq; ad Indicum Oceanũ tenẽt. Est autẽ Elam a quo Elamitæ principes Persidis. De Assur ante iam dictum est: quod Ninus urbem condiderit. Arphaxat a quo Chaldæi. Lydi a quo Lydia. Aram a quo Syri: quoꝝ metropolis ẽ Damascus. Filii Aram Vs & Vl & Gether & Mesus Draconitidis & Damasci conditor inter Palestinã & Cœlen Syriã tenuit principatum: a quo septuaginta interp̃tes ĩ libro Iob ubi in hebreo scribit̃ terram Vs regionẽ Aenxitidem q̃si Vstidẽ transtulerunt. Vl a quo Armenii. Gether a quo Arganini siue Carii. Porro Mes pro quo septuaginta interp̃tes Mosoch dixerũt: qui nũc uocant̃ Mæones. Arphaxat genuit Sala. & Sala genuit Heber. Ex Heber nati sunt duo filii. nomen unius Phaleg quia in diebus eius diuisa est terra: & nomen fratris eius Heber: a quo hebrei. Vaticinio quodã filio suo Phaleg nomen imposuit: qui & interpretat̃ diuisio: ab eo quod in diebus eius linguæ in Babylõe diuisæ sunt. Iactam genuit Eelmodad: Seleph & Asarmach. Iare & Aduram. Azali & Deglaebal Abimael Senaophir Eiula Iobab. Haꝝ gẽtiũ quorum nõĩa inuenire non potui sed usq; in præsens quia procul a nobis sunt uel ita uocant̃ ut primũ uel quæ ĩmutata sint:

ignorat. Possederunt autē a Cophene fluuio omnem Indiæ regionem: quæ uocatur hieria.

Demensuratio prouinciarum.

INdia ulterior finit ab occidēte oceano Aegæo: ab orinte flumine Sinto. a Septentrione monte Tauro. a meridie oceāo Syrico cuius spatio patēt in longitudine milia passuum. 30500. in latitudine. 10200. Ganges flumen ibi est & regio: ubi piper nascitur: & Elephāti: Dracones: Sphyngæ: Psythaci: Media: Parthia: Appamia: Carmania. Persis: finiuntur ab oriēte flumīe Sinto. ab occidente Mesopothamia: a Septentriōe mōte Tauro: a meridie Mari persico: Quarꝫ spatia habent ī longitudīe milia passuum. 12320. in latitudine milia passunm. 8 ii.

MEsopothamia finitur flumīe Tigri ab occidente flumīe Euphrate: a Septentriōe mōte Tauro: a meridie Mari persico: cuius spatia habent in lōgitudine milia passuū. 800.

BAbilon Syria finit ab oriente flumine Euphrate ab occidente Mare Aegiptio: a Septentriōe quod inter Cyprum & Syriā est mare: a meridie Arabia quæ est īter mare Rubrum & Sinum psicum. cuius spatia in longitudine milia passuū. 500. In latitudine milia passuum. 175.

MOns Taurus Insula Cyprus ab oriēte Mare Syrio ab occidente Pamphilo: a Septentriōe aulcnes Cyliciæ: a meridie mari Phœnicio: cuius spatia ī lōgitudīe milia passuū 175. In latitudine milia passuum. 125.

ARmenia finitur a Septentriōe mari Caspio: & quæ circa gentes sunt ab oceano: ab oriēte oceano indico. ab occidente iugis montis Caucasi. a meridie monte Tauro: qui supra patet: quod cognitū est millia passuum. 480. In latitudīe millia passuum. 480.

INsula Rhodus. Samus Chius & quæ circa sunt Cyclades finiūt ab oriēte littoribus Asiæ. ab occidente mari Icario. a Septētriōe Mari Aegæo. a meridie mari Carpatio: qui patet in longitudine millia passuū. 500. In latitudine. 200.

Acia Getica finiũtur ab oriente desertis Sarmatiæ : ab occidente fluĩe Iustula:a Septentriõe oceano:a meridie fluĩe Istro: q patet in lõgitudĩe millia passuũ.2 8 0. In latitudĩe qua cognitum est.5 8 6.

Armatia & Scythia Taurica finiũtur ab oriente iugis montis Tauri.ab occidente fluĩe Boristhene. a Septentriõe oceano.a meridie ꝓuincia põtica: q expãdit in lõgitudĩe millia passuũ.9 9 0. In latitudine qua cognitũ ẽ millia.81 6.

Nsula Creta & quæ circa sunt : finiunt̃ a meridie mari carpathio: ab occidente mari Cretico : a meridie Mari Libyco:a Septentriõe mari Aegæo. Creta patet in lõgitudĩe millia passuum.1 7 5. In latitudine.

Acedonia & Hellespontus & pars ponti finiũt̃ ab oriẽte mari pontico.ab occidente desertis Dardaniæ. a Septentriõe fluĩe Istro.a meridie mari Aegæo: qui patet in longitudine millia passuum.7 2 0. In latitudine millia passuũ.4 3 2

Pirus Achaia Thessalonia finiunt̃ ab oriẽte mari oceano.ab occidente mari Hadriatico. a Septentriõe montibus Paenio & olympo:a meridie mari Siculo & Libyco: q̃ꝝ spatia in longitudine millia passuum.7 2 0. In latitudine millia passuum.5 7 6.

Nsula Sicilia & quæ circa sunt finiunt̃ ab oriente & occidente. Item Septentriõe Mari Tyrrhenico: a meridie mari Africo. Sicilia patet in longitudine millia passuũ a Peloro usq; Pachinum.1 8 7. In latitudine millia passuum.1 8 9.

Ars Italiæ finitur ab oriente mari Hadriatico & Freto: quod est inter Siciliã & Italiã: ab occidẽte urbe Roma a Septentriõe sinu Hadriatico : a meridie mari Tyrrhenico: cuius supra in longitudine millia passuum.3 4 9. In latitudine millia passuum.2 2 4.

Ars Italiæ ad alpes finit̃ ab oriente iugis alpium ab occidente Istria & Carnia : a Septẽtriõe sinu Hadriatico a meridie mari Lygustico & Tyrrhenico:cuius spatia in lõgitudine millia passuum.8 2 0. In latitudine.3 3 0.

Nſula Corſica ab oriente promōtorio ſacro:ab occidē
te Portutiano.a Septētriōe Lyguſtico. a meridie mari
Africo.Inſula illa hēt in longitudine millia paſſuū.150.In lati
tudine millia paſſuum.20.

Ardinia ab oriente Corſica & mari Sardico. a Septen
trione mari Tyrrhenico.a meridie mari Africo.In lon
gitudine millia paſſuum.280.In latitudine.150.

Llyricum Pannonia.Ab oriente flumīe Trino:ab occi
dente deſertis:in qbus habitant Boii & Carnii:a Septē
trione flumīe Danubio.a meridie mari Hadriatico: qui pan
dit in longitudine millia paſſuum.620.In latitudine millia paſ
ſuum.325.

Ermania Rhetia Ager noricus. Ab oriēte fluīe Iuſtu
la & Sylua hyrcania.ab occidente flumīe Euo. a Septē
trione oceano.a meridie iugis Achemei fluīe Danubio: quæ
pars: pandit in lōgo millia paſſuum.625. In lato millia poſita
528.

Allia comata finitur ab oriente
fluīe Rheno:ab occidēte ſaltu Pyrheneo. a Septētriōe
oceano:a meridie Gallia Narbonenſi & Aqtanica.ab oriente
alpibus.ab occidente ſaltu Pyrheneo.a Septētriōe montibus
Cateuene & uiribus.a meridie mari Gallico:q ſupra pādit in
lōgitudīe millia paſſuū.375.In latitudine millia paſſuū.240.

Iſpania citerior finit̄ ab oriente ſaltu Pyrheneo:ab occi
dente Oretānia:a Septentriōe oceano: a meridie mari
Hyberico:cuius ſpatia in longo millia paſſuum.805.In latitu
dine millia paſſuum.185.

Dſtodia & Galletia Luſitania.Ab oriente Cātabria &
Oretania.ab occidente oceano:qui ſupra in lōgo millia
paſſuū.580.In latitudine millia paſſuum.580.

H Iſpania ulterior.ab oriēte Oretania.ab occidēte oceāo.
a Septentrione flumīe Ana:a meridie mari Hyberico
cuius expandit in longitudine millia paſſuū.480. In latitudīe
millia paſſuum.285.

Etulia & Mauritania finiunt ab oriẽte flumĩe Ansabo: ab occidente oceano Aethiopiæ: cuius supra in longo millia passuum.452. In latitudine.470.

Frica Carthago. Numidia finiunt ab oriente Syrti minore. ab occidente fluuio Ampsaco. a Septẽtriõe mari africo. a meridie oceano Aethiopico: cuius supra in lõgitudĩe millia passuum.420. In latitudine.300.

Frica Cyrenaica supior Libyæ ab oriẽte Catabathmõ hẽt. ab occidẽte Syrtim minorẽ. a Septẽtriõe mari Cretico. a meridie mari Aethiopico finitur: cuius supra ĩ lõgitudine millia passuum.980. In latitudine.420.

Gypti pars ĩferior & Mareotis libya finiũtur ab oriẽte Arabia: ab occidente Libya deserta: a Septẽtriõe mari quod Aegiptium uocat. a meridie Aegipto superiore. & desertis. habet in longitudine millia passuum.190. In latitudine millia passuum.180.

Rabia Aethiopia & Aegiptus supior & sinus Arabicus & Persicus ab oriente maritima pside & Carmania ab occidente Libya deserta. a Septẽtriõe Syria. a meridie mare rubro. In longitudine millia passuũ.190. In latitudĩe.180.

Pitome totius orbis finitur ab oriente oceano indico: a meridie Aethiopico. a Septentrione oceano britanico: ab occidente Atlantico seu hispanico oceano.

Ritania in longitudine milia passuum.800. In latitudĩe millia passuum.300.

Incipiunt tempora totius seculi.

INcipinnt tempora totius sæculi regesq; gentium omnium: qbus locis quibusq; temporibus in suis prouinciis: & quantũ regnauerunt: uel si quid memoriæ dignũ p generationes natiuitates & regna & ducatus per omnem actũ iudicum & oĩum regum Iuda & aliorum: qui non ex eadẽ tribu regnauerunt. & per regna Assyriorum cæterarumq; gentium. & tempora dictatorum cum cõsulibus ordinariis. Sed & tempora Imperatorum & Cæsarum & qbus tẽporibus historiographos fuisse dixerunt: Sed & successiones

eoꝝdem: quod per ordinem reꝝ superius declaratū ē. quoꝝ uniuersa tempora gesta siue apud hebreos uel ad Græcos siue ad Romanos siue ad Barbaros cæterasque gentes: quæ gesse runt uel constituerūt per historias in hoc libro plenissime de monstrant: quod & in libro hoc in historia singulæ cōscriptæ declarant deoꝝ generationē uel singuloꝝ progeniem siue iis temporibus ipsis ante latis: quæ gesserunt & tēpora olympia coꝝ: ex quo primus Agon Gymnicus constitutus est: quod Græci olympias appellant: & quo tempore aduētus fuit salua toris nostri Iesu Christi: siue passio eius: simulq; noīa episco porum ecclesiaꝝ numero quattuor: Hoc est Romanoꝝ: Ale xandriæ: Hierosolymoꝝ: Antiochiæ: qui per easdē ciuitates metropoles ꝓuinciaꝝ episcopi q̃tum tēporis singuli sederint: uel qui eoꝝ episcopatus tempore sui martyrio coronatus sit: siue tempora ꝑsecutionem: qbus tēporibus ecclesiæ dissipatæ sunt. Sed & tempora regū Macedonū Alexandriæ: & quoto Agone olympiacoꝝ: & qbus temporibus seu consulibus finē Alexander fecerit Iudæis: uel Vespasianus insecutionē: seu destructionē templi eorum miseria: & tributa eis constituerit Numeratio temporū nō solum ante hoīum genus: sed etiam ante lumina ipsa atq; stellas esse cognoscit. Nam cū primum fecit deus cælum & terram cū ipsis quoq; elementis: quæ ī iis elemētis condita sunt. s. aqua & spiritus: abyssosq; & tenebras necdum Luībus neque Syderibus constitutis dixit deus. Fiat lux: & uidit deus lucem: quia bona est: & sepauit deus inter lucem & tenebras: & tenebras uocauit noctē. & factū ē uespe & factum est mane: dies unus. Hic primus dies sæculi nō pri mus dierum oīum: Ideoq; nō primus. sed unus nomīatus est Secundo autē die factum est firmamentū in medio aquarum: quod & diuisit inter aquam & aquā. Tertio autē die congre gatæ sunt aquæ: quæ sunt sub cælo in congregationē unam: & apparuit arida: quā deus terrā noīauit: atq; cōgregatiōes aq̃ꝝ appellauit Maria: Hærbamq; ꝓduxit terra & lignū fructiferꝝ cū sæmine suo. Quarto igit die facta sunt luminaria duo ī fir mamento cæli: ut luceant super terrā ad incohationem diei &

noctis : & ut diuidant inter diem & noctem : & sint in signa & tempora & dies & ānos:& sint in splendorē firmamenti cæli: & luceant super terrā: quibus ita pfectis manifestū est: luībus ipsis antecedere lucem tribus diebus : Vnde mihi uidet̃ Aegiptii cætereq; nationes hoc sequētes decretū quattuor annis impletis diē integrum supfluum adiicere : quem etiā bisextū nominauere. Nam cū tres dies istos cōputare qui sint : atque recogitare uoluerimus: unius āni centesimā uigesimāq; ptem istam esse cognoscemus. Centesima autē & uigesima dies īuicem cōputata ista tertia pars esse āni dignoscitur. Tertia ergo addita pte ānuali quadriēnio dies īteger cōpletur: atq; ad partium ptes menses atq; anni supflui cūputantur: quos hebrei qdem embolysmos uocare solent : Aegiptii autē exaltationes sydeꝝ atq; stabilitates appellant. Imo bisextum ob rememorationem lucis atq; dieꝝ & noctium: quæ luībus triduum antecesserunt celebriter : Ideo q tres dies sine auctore sole pcesserunt. Nos igit̃ tēpora cū scribimus: nō quæ sunt sæculi mūdi neq; luminū aut sydeꝝ neq; fructuum aut lignoꝝ neq; pisciū: sed generatiōes hoīum: cuius primus fuit Adam factus sexto die. Quinto autē die dixit dominus: Educāt aque reptilia aīarum uiuaꝝ & uolatilia & rerum cæli: & factum est sic. Et fecit deus beluas & cetos & omnē aīam uiuam repentē : quas eduxerunt aquæ secundum suū genus: & uidit deus: qa bona sunt & benedixit ea deus: & dixit: crescite: & multiplicamini: & replete aquas: quæ sunt in mari : & uolatilia multiplicent̃ super terrā: & factum est mane dies quintus. Sexto autem die dixit dominus: Educat terra aīam uiuā secundum suum genus quadrupedia & reptilia & bestias terræ secundū suum genus : & uidit dominus qa bona sunt: & dixit: Faciamus hoīem ad imagine & similitudinē nostrā: & habeat potestatē piscium maris & uolatiliū cæli & oīum iumentorum & totius terræ & omniū reptilium: quæ sunt sup terrā. Et fecit deus hominē secundū imaginē dei. Fecit enim masculum & fœminā. Fecit eos & benedixit eos deus dicēs: Crescite: & multiplicamini: & replete terram & dominamini eius : & hēte potestatē piscium maris

& uolatilium cæli & oīum reptilium: quæ sunt sup terrā. Quo modo autē deus eū & unde fecit: post alia dicit: & finxit hominem deus de limo terræ: & insufflauit ī faciē eius spiritū uitæ: & factus est homo ī animā uiuā. Et iterꝝ post alia: & dixit dominus deus: Non esse bonū hominē solum. Faciamus ei adiutorium secundū eum. & post alia. Adæ autē non est inuentus adiutor similis: & immisit deus soporē in Adam: & obdormiuit: & appreheudit unā costam de latere eius: & repleuit locū caro eius: & ædificauit dominus costā: quā sumpsit ab Adā ī mulierē: & adduxit eam ad Adam: uidere: quid eā uocaret: & dixit Adam: hoc nunc os ex ossibus meis: & caro de carne mea. Hæc uocabitur mulier: quia de uiro suo accepta ē. Ex his duobus omnis hoīum multitudo ꝓcreata est: Vnde etiā nos dinumerationē tēpoꝝ facientes: incipimus Adam: Eua: Adā autē uocauit nomen mulieris sue Eua: quod interꝑtatur uita: quia ipsa est mater uiuētiū. Adam autē cognouit Euā uxorē suam: & concipiens peperit Caim: & dixit: Acquisiui hoīem per deum: & adiecit fratrē illius parere Abel: & factus terrā & cessauit aqua: & adopati sunt fontes abyssi & cataractæ cæli & cessauit pluuia de loco: & deficiebat aqua descēdēs e terra: & diminuebatur aqua post .150. dies & sedit arca ī septimo mense. 27. die mensis sup montes Arath. Isti mōtes ī Armenia supiore sunt secus Persas. A qua autē magis diminuebat̄ usq; ad. x. mensem. decimo autē mense primo die mensis uisa sunt capita montiū. Et factum est post. 150. dies apuit Noe fenestrā arcæ: quā fecerat: & dimisit coruū uidere: si cessasset aqua a facie terræ: & exiens non est reuersus ad eum: ac sustinuit: donec siccaretur aqua a terra: & dimisit Columbam a se uidere si siccasset aqua a facie terre: & nō inueniens Columba requiē pedibus suis: reuersa est ad eum in arcam: quia aqua erat super oēm faciē terre. Extendens autē manus Noe excepit eā: & induxit eā apud se in arcā. Et substinuit adhuc septē dies alios: & iterꝝ dimisit columbā de arca: & reuersa est ad eū columba ad uesperū: & habuit foliū oliuæ cum surculo in ore suo: & ītellexit Noe: quia cessauit aqua a facie terre. Et substi

hic deficiunt c[?] exemplar[?]

nuit Noe adhuc septē dies alios: & dimisit columbā: & nō est ausa reuerti ad eum. Tenuit ergo diluuium terræ donec sicca ret̃ ānum integrū. Postq̄ autē ītroiuit Noe ī arcam septīo die īdusit. deīde foras fenestrā arcæ: &. xl. diebus &. xl. noctibus facta ē pluuia: stetitq; aq̄. cl. dies. Postq̄ istos dies clusi sunt fō tes abyssi: & cœpit aqua diminui. Septimo autē die sedit arca super montē Arath. Diminuebatur autē aqua usq; ad. xi. mē sem. Prima autē die huius mensis capita montiū reliquorum uisa sunt & cætera ut supra. Postea Noe denudauit arcæ tectū post annū integrū. Et hoc ipsum scribitur: & significat: dicēs: Et factū est in primo & sexto āno uitæ Noe primo die mēsis cum minuisset aqua a facie terræ: denudauit Noe tectū arcæ: quod fecerat: & uidit: q̄ defluxisset aqua a facie terræ. In secū do autē mense septīo &. xx. die mēsis siccata est terra: & exiit Noe & uxor eius & uxores filiorum suorum cum eo. oēs bestiæ & omnia pecora & oīa reptilia: quæ mouent̃ super terrā secūdū genus & omnia uolatilia secundū genus eorum exierunt de arca ab Adam usq; ad diluuium āni sunt. 2242. Et sancti sunt oēs dies Noe anni. 950. & mortuus est.

Filii Noe: Sem: Cham: Iaphet.

Elam unde Elamitæ. Chus unde Aethiopes. Gomer & Magog Filii Gomer Ascanazi unde Gotticæ. Edinade & Iosan & Elisa & Thobel & Moso & Chitas. Assur unde Assyrii. Mestre unde Aegiptii. Arphaxat unde Aradii. Phurphur ūde Aethiopū gēs. Lud ūde Lidi. Canaan ūde Canāei. Arā unde Syri. Filii autē Chus Sabba unde Sabbei. Ab ista regi na uenit uidere sapientiam Solomonis. Euigilat gens Elulea. Aramei autē Syriace dicunt̃ filii Aram gentes barbarorum usceulgatus quæ Mosee sunt sub Persis.

Nationes Sem. Arphaxat genuit Sala. Sala autē genuit Heber unde Hebrei. Filii autē Heber Phalec & Iecthan. Iecthā autem genuit Elmoda & Abeph & Asarmoth & Iarach & odor & Ezael & Decla & Abimalech & Sabeb & Taphyr & Eiula & Iobab. Hi omnes filii Iectan. & facta est habitatio ipsorum a Masse usq; dum ueniat̃ in Sephera montē Orphesis.

reamur assequi qd pmittis: fac nos amare qd
pcipis. p. Sec. Propiciare dñe ppło tuo, ppici-
are muneribus: ut hac oblatione placatus, et
indulgentiã nobis tribuas. et postulata cõcedas. p.
Sumptis dñe celestibus sacramentis: ad redemp-
tionis eterne qs pficiamus augmentum. p.
Custodi dñe qs ecclesiam tuã ppici- Dom. xiiii.
atione ppetua: qa sine te labitur humana
mortalitas, tuis semp auxiliis et abstrahatur a
noxiis: et ad salutaria dirigatur. p. Concede Sec.
nobis dñe qs ut hec hostia salutaris, et nroꝝ
fiat purgatio delictoꝝ: et tue ppiciatio potes-
tatis. p. Compl. Purificent nos dñe semp et mu-
niant tua sacramenta: et ad ppetue salvationis
Ecclesiam tuã Dom. xv. educant effectum. p.
dñe miseratio cõtinuata mundet et mu-
niat: et qa sine te ñ pt salva cõsistere,
tuo semp munere gubernetur. p. Se. Mentes
nrãs et corpa possideat qs dñe doni celestis
opatio: ut ñ nr sensus i nobis, s; iugiter eius p-
veniat effectus. p. Compl. Tua nos dñe sacramen-
ta custodiant: et cõtra diabolicos tueantur incur-
sus. p.

Misericordie tue remediis q̄s fer. iiii. flec.
dn̄e fragilitas nr̄a subsistat: ut q̄ sua cōdi-
tione atterit᷒, tua clementia reparet᷒. S. Al
Pr̄a q̄s dn̄e familie supplicanti: ut dū acibis
corporalibus se abstinet: a viciis mente ieiun
Hec hostia q̄s dn̄e emundet nr̄a delicta: et S
ad sacrificiū celebrandū, subditoꝝ t̄ corpa m
tesq; scificet. S. Cōpl. Sumentes dn̄e dona ce-
lestia supplicit᷒ depcamᷣ: ut q̄ sedula seruitut
donante te gerimᷣ: dignis sensibꝰ tuo muner
Pr̄a q̄s omp̄s d̄s ut ob- fer. vi. Or. capiamᷣ
seruationes sacras annua deuotione reco-
lentes: et corpe t̄ placeamᷣ et mente. S. Sec.
Accepta t̄ sint dn̄e q̄s nr̄i dona ieiunii: que
et expiando nos tua gr̄a dignos efficiat. et ad
sempitna pmissa pducat. S. Cpl. Q̄s omp̄s
d̄s ut de pceptis munerib; gr̄as exhibentes:
beneficia potiora sumamᷣ. S. Sabbo. flec.
Omp̄s sempt̄ d̄s qui pcōtinentiā salutar
et corporibus mederis et mentibꝰ, maiesta
tuā supplices exoramᷣ: ut pia ieiunantiū dep-
catione placatᷣ, et p̄sentia nobis subsidia p̄be

... xxiiii seniorum ... Benedicti
... cus cum ineffabili dispensatione constituisti ut viginti quatuor seniores in conspectu maiestatis tue ...
... fidelium supplicationes ... praesta quaesumus ut qui illorum suffragia devote imploramus tue ...
... ... mentis et omnibus necessitatibus clementer obtineamus. Per dominum. Epistol[a]
... ego Iohannes ... Gloriosi ... Vox exultationis sequencia. ... martirum ...
... devote recolentes victoriam ... certamina ... dignis fulget signis et floret ...
... ... laudibus ... voto corde toto adhaeserunt ... invicti ...
... martirio ... ... gratia ... ... [illegible]

Hi filii Sem tribus suas secūdū linguas suas in regiones suas & nationes suas.
Nationes Cham Sabbata & Regina Sebecata. Filii autē Regina & Iudadam. Chus autē genuit Nēbroth. Hic cœpit esse gigas super terrā uenator ante dominū. Et factum est ī initiū regni eius Babylon: Oreg: & Chalcadar & Iacar & Calāna. Et in terra Sanar: ubi statuit Nabuchdonosor statuā suam & Menstren genuit Iudin & Enibim & Labii & Neptalim & patrionoin & caslonoim: unde egressus ē inde Philistin & Theator. Inchanaan autē genuit Sydona primogenitum & Cethmeum & Eueum & Aruchēū & Assemeum & Aradiū & Samereum & Matti. Hi sunt filii Cham in tribus suas secundū linguā suam in terris suis & in gentibus eorꝝ.
Nationes Iaphet Eriphat & Iorgama & filii Asson Elisa & Tharsis & Citu & Rhodii. Ex his dispersis sunt īsule gentiū in terra eorꝝ unusquisq; secundum linguā suam in tribus suas & in gentibus suis.
Sem filius Noe cū esset ānorꝝ centū genuit Arphaxat secūdo āno post diluuium: & uixit Sem postq̄ gēuit Arphaxat ānis 500. & genuit filios & filias: & mortuus est. Arphaxat cum esset ānorꝝ. 135. genuit Chaman. & uixit Arphaxat postq̄ genuit Chaman annis. 430. & genuit filios & filias: & mortuus est. Chaman cū esset ānorꝝ. 130. genuit Sala & uixit Chamā postq̄ genuit Sala annis. 403. & genuit filios & filias & mortuus ē. Sala cū esset ānorꝝ. 130. gēuit heber. & uixit Sala postq̄ genuit Heber annis. 300. & genuit filios & filias: & mortuus est. Heber cum esset annorꝝ. 134. genuit Phalech: & uixit Heber postq̄ gēuit Phalech ānis. 220. & genuit filios & filias & mortuus est. Phalech cum esset ānorꝝ. 130. genuit Rhagan. & uixit Phalech postq̄ genuit Rhagan ānis. 209. & genuit filios & filias: & mortuus est. Rhagan cum esset ānorꝝ. 132. gennit Saruch: & uixit Rhagan postq̄ genuit Saruch ānis.
& genuit filios & filias & mortuus ē. Saruch cum esset annorꝝ 130. genuit Nachor: & uixit Saruch postq̄ gēuit Nachor ānis 200. & genuit filios & filias: & mortuus est. Nachor cū esset

ãnoꝝ.79.genuit Thara:& uixit Nachor poſtq̃ genuit Thara annis.129.& genuit filios & filias:& mortuus eſt. Thara cum eſſet ãnoꝝ.70.genuit Habraã & Nachor & Arram. Arrã autẽ ante conſpectum patris ſui mortuus eſt. Reliqt filium:q noĩabatur Loth:quẽ ſecum habuit Habraam ab anno diluuii uſq; ad natiuitatem Habraæ ſunt ãni.1072.

Thara iſte poſt mortẽ filii ſui Arram eduxit omnes ſuos de ſua regione & ꝓuincia.i. Aſſyrioꝝ: ubi nati fuerũt & Habraã & Nachor & Arram mortuum filium:& uenit in terrã Ghanaan:& habitauit ibi ãnis.205.& mortuus eſt in Carra: ubi habitauit in regione Chananeoꝝ.

Huius Tharæ ãno.28. Aſſyrioꝝ rex primus Bellus mortuuſ eſt:quem Aſſyrii deum nominauerũt:& alii dicunt Saturnũ atq; filio ſuo regnum tradiderũt. Vocabat̃ autẽ Ninus. huius Thare anno.49. Sicyonioꝝ in Græcia regnauit Europs defuncto Aegyaleo:qui primus Sicyoniorum regnauit:ex quo territorium Peloponeſſioꝝ Aegyalea uocabatur. Habraam Nachor Arram & cætera.

Filii Melcæ	Nabdeel
Ox	Maſſa
Baux	Maſina
Camuel	Iduma
Cazar	Maſſe
Exau	Codar
Phedas	Theman
Iedaaph	Iethur
Bathuel Iſte eſt:	Naphas
qui ſupra Bathuel:	Codma
ex quo Rebecca.hæc	Filii autem Mazian.qnq;.
ẽ uxor Iſaac cõcubina	Sephar
Regina.filii Regina	Nephar
Chaman	Enoch
Thabech	Abira
Thocos	Rhagali
Moca	Cetura uxor Habraæ

Nascuntur ergo ex	Filii ceturæ.sex.
Nacore & melca	Zembra
uxore filii octo atq;	Lethaam
neptis Rebecca.quæ	Madai
fuit uxor Isaac.&	Mazian
ex Regina concubina	Iestoch
nascuntur filii quattuor	Esseu
oēs ergo filii Nachor.12.	Filii Iecthan
Habraam maritus	Sabba
Sarra uxor filii Sarræ.	Thema
Esau	Dadan
Iacob	Filii autem Dadan qnq;
cōcubina Agar ancilla	Rhaguel
Sarræ Ismael.	Nabdeel
Filii Ismael	Assurum
Nabeoth	Latusum
Cedar	Iomim.

Habraam primam ætatem apud Chaldæos agebat. Postea autē cū patre suo transmigrauit in Cartan terrā Chananeoꝝ ubi uisus ē deus illi dicēs: Exi de terra tua & de cognatiōe tua & de domo patris tui: & ueni in terram: quā tibi ostendam: & faciam te in gentem magnā & reliqua. Qua iussione obediēs accepto filio Arram fratris sui exiit cū eo: & uenit in terram Chanaam usq; ad locum Sicem ad arborē excelsam: ubi uisus ē illi deus; atq; promissionem sæminis: atq; hæreditatis dedit. Erat autē tunc ānoꝝ.75.omnes autē uixit ānos.175.cuius tē pora dinumerabimus annis expositis. Sed quia tēporibus pa tris sui Thare insignia regnoꝝ esse cœperūt (Iam qdem quo anno fuerunt: exposuimus) modo autē temporibus Habraæ annum ad ānum cōparabimus: ut sciamus: quid memoriæ di gnum: & qbus ānis gestum sit siue apud Hebreos: siue apud Græcos aut Barbaros cæterasq; gentes: quaꝝ historiographi memoriam fecerunt.

Quando natus est Habraam iam regnabat rex secundus qui uocabat Ninus filius Belli. Nam primus Assyrioꝝ regnauit

Bellus annis.65.quẽ Assirii deum noiauere Saturnum: quo defuncto regnũ accepit filius eius Ninus: qui regnauit annis 52.huius regni ãno.43.erat primus ãnus Habraæ.Sicyoniorum in Achaia regnabat rex secũdus: cui nomẽ erat Europs. Nam primus eorꝝ regnauit Egyaleus: ex quo Aegyalea uocabatur: quæ nũc dicitur Peloponessus: qui regnauit ãnis.52 quo defuncto regnauit Europs ãnis.45.cuius annus erat.22. primus annus Habraæ: nec non apud Aegyptios erat sexta decima potẽtia: sicut ait Manetho: per quẽ regnabãt Thebei ãnis.190.quorꝝ primus ãnus erat æque primus Habraæ.

Reges gentium diuersarꝝ q fuerũt: uel q̃tum regnauerunt.

Reges Assyriorum.			
Ninus primus	ãn.52.	Panuias.25.	ãn.45.
Semiramis.2.	ãn.42.	Sosarmus.24.	ãn.19.
Apolliāris Asian⁹ Hieropolitan⁹ ep̄s īsignis hēt̄
10 Dionysi⁹ ep̄us Corynthior̄ clarus hētur: & pinetus Cretēsis uir eloquentissim⁹ Pseudo ꝓphetia q̄ Cathaphrygas noīatur: accepit exordiū auctore Montano: Priscilla Maximillaq; insanis uatibus. 5370 172
11 Tacianus hereticus agnoscitur: a quo Encraticæ. 173
Bardesanes alteri⁹ hereseos prīceps notus efficit̄
Oppianus cylex poeta cognoscitur: q Eleuticam miro splendore conscribit.
12 Tanta p totū orbē pestilentia fuit: ut pene usq; ad internicionē Romanus exercitus deletus sit. 174
13 Impator Antonin⁹ multos aduersum se nascētib⁹ bellis sæpe ipse intererat: sæpe duces nobilissimos destinabat: in qbus semel ptinaciter exercitui q cū eo in Quador̄ regione pugnabat siti opp̄sso: pluuia diuinitus missa est: cū e cōtrario Germanos & 175
258. Olymp̄. Sarmatas fulmina p̄seq̄rent̄: & p̄limos cor̄ īterficeret. Extāt litteræ Marci Aurelii grauissimi īpa 155
14 ... 176
2090 15 toris: qb⁹ illā Germanicā sitim xp̄ianor̄ forte milito p̄catiōib⁹ īpetrato imbri discussam cōtestat̄. 177
16 Acticus platonicæ sectæ phūs agnoscitur. 178

āni dn̄i Roma noꝝ anni mūdi

179 17 Romanæ ecclesiæ.12.epātū suscipit Eleutherius ān.15.
Antiochiæ.7.epus cōstituitur Maximinus.
239.Olymp̄.Antonin⁹ cōmodū filiū suū cōsortē regni facit.
Antonin⁹cū filio de hostibus triūphauit: quos p triēniū apud carnutū hēns statiua castra uastauerat.

180 18 Impatores multis multa largiti sunt: & pecuniā q̄ fisco debebatur.ꝓuinciis cōcedentes tabulas debitoꝝ ī medio Romanæ urbis foro incendi preceperunt: ac ne qd boni tati deesset: seueriores q̄sq; leges nouis cōstitutionibus temperauerunt.
Antoninus post uictoriā a deo in editiōe muneꝝ magnificus fuit: ut centū simul leones exhibuerit.
Cōmodus a senatu Augustus appellatur.
Zmyrna urbs Asiæ terremotu ruit: ad cuius īstaurationem decēnalis tributoꝝ īmunitas data est.

181 19 Antoninus in pānonia morbo pit.
Alexādrinæ eccl'ie.10.epātū sortit' Iulian⁹ ān.10.
Romanoꝝ.15.regnauit Cōmodus annis.13.

182 1 Cōmodus de Germanis triumphauit. 5380
183 2 Templū Serapidis Alexādriæ incensum.
240.Olymp̄.Hierenæus epus Lugdunēsis insignis hētur.
184 3 Thermæ Cōmodianæ Romæ factæ.
185 4 Cōmodus septimū mēsem noīe suo appellauit.
186 5 Hierosolymis.26.ordinatur epus Maximus: post quē 27.Antoninus.28.Valens.29.Dulchian⁹.30.Narcissus 31.Helius.32.Germanio.33.Gordius.34.rursum Narcissus.

187 2200 6 Tantis apud Hierosolymā epis cōstitutis nō potuimus discernere tp̄ra singuloꝝ: eo quod usq; in p̄ntem diem eoꝝ epatuum eoꝝ āni minime seruantur.

Roma anni mūdi āni dñi
noꝝ

241.Olymp̄.In Capitolliū fulmen ruit:& magna inflamatiōe
7 facta biblyotheca & uicinæ quæq; ædes cōcrēatæ. 188
8 Alexādriæ.11.cōstituitur ep̄us Demetri⁹ān.44. 189
9 Cōmodus īpator Colossi capite sublato suæ ima 190
ginis capud eius iussit imponi.
10 Serapio.8.Antiochiæ ep̄us ordinatur. 191
242.Olymp̄.Cōmodus multos nobiliū interficit:& spectacula
populi Ro.p̄bet insignia.
11 Incendio Romæ facto palatiū & ædes uestæ: plu 5390 192
12 rimaq; urbis ps solo coæquantur. 193
13 Cōmodus strangulatur ī domo Vestiliani. 194
Romanoꝝ.16.Helius ptinax menses.6.
1 Pertinax septuagenario maior cū p̄facturā urbis 195
243.Olympias.ageret ex senatus cōsulto īperare iussus est.
Romæ ep̄atum suscipit.14.Victor ān.10:cui⁹me
diocria de relligione extant uolumina.
Pertinax obsecrāte senatu ut uxorē suā Augustā
& filiū Cæsarē appellaret:contradixit.sufficere te
status est:quod ipse regnaret inuitus.
Pertinax occidit in palatio Iuliani iurispiti scelere
quē postea Seuerus ap̄ Miluiū pontem īterfecit.
Romanoꝝ.17.regnauit Seuerus annis.18.
1 Seuerus ꝓuincia tripolitana oppido lepti solus ex 196
Africa usq; in p̄ntem diē Romanis īpator fuit: &
2210 2 in honorē ꝑtinacis quē Iulianus occiderat: ptinacē 197
se cognominari iussit.
Clæmens Alexādrinæ ecclesiæ p̄sbyter & Pantenus
3 stoicus phūs in disputatiōe dogmatis nostri diser 198
tissimi habentur.
4 Narcissus Hierosolymaꝝ ep̄s & Theophilus cæ 199
sariensis Polycarpus quoq; & Bachylus Asianæ
ꝓuinciæ ep̄i insignes habentur.

244. Olymp̄. Quæſtiõe orta ĩ Aſia ĩter ep̄os an ſecũdũ legẽ
200 5 Moyſi.14.mẽſis paſcha obſeruandũ eſſet. Victor
201 6 Romanæ urbis ep̄us & Narciſſus Hieroſolymaꝝ
202 7 Polycrates quoqȝ & Hirene⁹ & Bachylus pluri 5400
203 8 miqȝ eccleſiaꝝ paſtores qd eis ꝓbabile uiſuȝ fuerit
litteris ædiderũt: q̃ꝝ memoria ad nos uſqȝ ꝑdurat.
245. Olymp̄. Iudaicum & Samariticũ bellum ortum.
204 9 Seuerus ꝑthos & Adiabennos ſupauit: Arabaſqȝ
interiores ita cecidit: ut regionẽ eoꝝ Romanã ꝓuin
ciam fecerit: ob quæ ꝑthicus: Aribicus & Adiabẽni
205 10 cus cognominatus eſt.
Seuero ĩpante Thermæ Seuerianæ ap̄ Antiochiã
& Romã factæ & ſeptizodiũ extructum.
206 11 Romæ ep̄atum.14.ſuſcipit Zephyrinus.
207 12 Perſecutiõe ĩ Chriſtianos facta Leõides Origenis
246. Olymp̄. pater gl'oſa martyrii morte tranſſert.
Alexãder ob cõfeſſionẽ dñici nõis ĩſignis hẽtur.
208 13 Clæmens multa & uaria conſcribit.
209 14 Muſanus noſter philoſophiæ ſcriptor agnoſcitur.
210 15 Clodio Albino q ſe in Gallia Cæſarẽ fecerat ap̄
211 16 Lugdunũ interfecto: Seuerus in Britãnos bellum
tranſfert: ubi ut receptas ꝓuincias ab incurſiõe bar
barica faceret ſecuriores: uallũ p.132.millia paſſuũ
247. Olymp̄. mari ad mare duxit.
212 17 Tertulianus afer Centurionis ꝓconſularis fili⁹ 5410
oĩum eccleſiaꝝ ſermone celebratur.

213 18 Origenes Alexãdriæ ſtudiis eruditur.
Seuerus moritur Eburaci in Britania.
Romanoꝝ.18.regnauit Antõinus cognomẽto caracalas.

Roma noꝝ		anni mūdi	āni dñi
1	Antiochiæ.9.epus constituitur Asclepiades.		214
2	Alexāder.35.Hierosolymaꝝ eps ordinat̄ adhuc		215
243.Olymp̄.	uiuēte Narcisso:& cū eo pariter ecclesiā regit.		
3	Antoninus Garacalas cognominatus ꝑpter gen⁹		216
2250 4	uestis quod Romæ erogauerat & ecōtrario Cara cale ex eius noīe Antonianæ dictæ.		217
5	Antoninus Romæ Thermas suo noīe ædificauit.		218
6	Antoninus tam impatiēs libidinis fuit: ut Nouercam suam Iuliam uxorem duxerit.	5390	219
249.Olymp̄.	Antonin⁹ interficitur inter Edessam & Carras anno ætatis.44.		
Romanoꝝ.19.regnauit Macrinus āno uno.			
1	Macrin⁹ p̄fecturā p̄torio gerens īpator factus.		220
	Antiochiæ.10.epus constituitur Philetus.		
	Cyrcēsib⁹ uulcanalioꝝ Romæ āphitheatrū īcēsū;		
	Aggar⁹ uir scūs regnauit edessæ ut uult African⁹		
	Macrinus occiditur in Archelaide.		
Romanoꝝ.20.regnauit.M.Aurelius Antoninus ān.4.			
1	M.Aurelius Antonin⁹ Antonini caracalæ ut putabat̄ filius & sacerdos Heliogabali templi adeo impudice in impio suo uixit: ut nullum genus oscenitatis omiserit.		221
2	Romanæ ecclesiæ epatū suscip̄.15.Calist⁹ ān.5.	5420	222
	Heliogabalum templum Romæ ædificatum.		
3			223
250.Olymp̄.	In Palestina Nicopolis quæ prius Emmaus uo		
4	uocabatur urbs condita ē legationis industriā pro ea suscipiente Iulio Africano scriptpre tp̄oꝝ.		224

Antoninus Romæ occiditur tumultu militari cū; matre Senia syra.

Romanoꝝ.21.regnauit Alexāder Mamææ fili⁹ ān.13.

225 1 Alexāder Xerxem regē Perſaꝝ glo̓ſiſſime uicit:

226 2 & diſciplinæ militaris tam Seuerus corrector fuit: ut q̄ſdā tumultuātes legiōes ītegras exauctorauerit.

227 2240 3 Romanæ eccleſiæ.16.ordinat̃ ep̄us Vrban⁹ān.9.

251.Olymp̄.Vulpian⁹iuriſcōſultus aſſeſſor Alexādri inſigniſſimus habetur.

228 4 Thermæ Alexādrinæ Romæ ædificatæ.

229 5 Gemiāus p̄sbyter ātiochen⁹& Hippolit⁹& Beryll⁹

230 6 ep̄s Arabiæ Boſtrenus clari ſcriptores hn̄tur.

231 7 Antiochiæ.11.conſtituitur ep̄us Zebennus

252.Olympias

232 8 Origenes Alexandriæ clarus habetur. 5430

233 9 Alexādrinæ eccleſiæ.12.ep̄s ordīat̃ Heraclas ān.16.

234 10 Alexāder in matrē Mām̄æam unice pius fuit:& obid omnibus amabilis.

235 11 Origenes de Alexādria ad Cæſariā paleſtinæ trāſit.

253.5.Olympias

236 12 Romanæ eccl'e.17.ep̄atū ſuſcipit Pontiāus ān.5.

237 13 Alexāder occidit̃ Mogōziaci tumultu militari.

Romanoꝝ.22.regnauit Maximinus annis.3.

238 1 Maximinus prim⁹ex corpore militari ſine ſenatus auctoritate ab exercitu impator electus eſt.

239 2 Maximinus aduerſum eccleſiaꝝ ſacerdotes perſecutionem facit.

255.Olympias

240 3 Maximinus Aq̄leiæ a Pupieno occiditur.

Romanoꝝ.23.regnauit Gordianus annis.6.

241 1 Romæ.18.ep̄us ordinatur Anterus mēſe uno: poſt quē.19.Phauianus annis.13.

Roma noꝝ — anni mūdi — āni dñi

2 Gordiano Romā ingreſſo Pupien⁹ & Galbinus q impium arripuerāt in palatio occiſi. 5440 242
3 Gordianus admodum adoleſcens pthoꝝ natione ſupata cū uictor reuerteretur ad patriā fraude Phi 243
255. Olymp̄. lippi p̄fecti pretorii haud longe a Romano ſolo
4 interfectus eſt. 244
5 Gordiano milites tumulū ædificant q Euphrati 245
6 imminet oſſibus eius Romā reuectis. 5390 246

Romanoꝝ. 24. regnauit Philippus annis. 7.

2260 1 Philippus philippū filiū ſuū cōſortem regni facit: primuſq; oīum ex Romāis impatoribus chriſtia 247
256. Olymp̄ nus fuit.
2 Regnātibus Philippis mileſimus anus Romanæ urbis expletus eſt: ob quā ſollemnitatē innumera biles beſtiæ ī circo magno interfectæ: ludiq; ī cāpo martio theatrales tribus dieb⁹ ac noctibus populo puigilante celebrati. 248
Theatrū Pōpei īcēſuꝫ & echatorſtylō. 40. miſſus.
3 Atlas mons natali Rōanæ urbis cucurrit & agon mille annoꝝ actus. 249
4 Philippus urbē noīs ſui in Thracia cōſtruit. 250
5 Alexandrinā eccleſiā. 15. ep̄us tenuit Dionyſius 5450 251
257. Olympias. annis. 17.
6 252
7 Philippus ſenior Veronæ: Romæ Iunior occidit. 253

Romanoꝝ. 25. regnauit Decius ān. 1. menſes. 3.

Decius e pannonia interiore Budaliæ natus fuit.
Decius cū Philippos prē; & filiū interfeciſſet: ob odiū eoꝝ in xp̄ianos pſecutionē mouet: qua diaco nus Laurentius Romæ martyrium fecit.
Antonius monachus in Aegypto naſcitur.
Romæ amphitheatrum incenſum.

Alexādro Hierosolymaꝝ epo ap̄ Cæsaream palestinæ ob martyriū īterfecto & Antiochiæ Babyla Mazaban⁹ & Fabi⁹ epi cōstituūt. Decius cū filio ī Aprucio occidit̄

Romanoꝝ.26.regnauit Gallus & Volusianus Galli filius ānis 2.menses.3.

Romanæ ecclesiæ ep̄atum post Fabiani gl̄osam morte 20.suscipit Cornelius ānis.2.qui & ipse martyrio coronatus est. Extant ad eum Cypriani.7.epistolæ.

254 1 Pestilēs morbus totius orbis multas ꝓuincias occupauit maxīeq Alexandriā & Aegyptū ut scribit Dyonisius & Cypriani de mortalitate testis est liber.

Nouatus presbyter Cypriani Romā ueniens Nouatianum & cæteros confessores sibi sociat: eo quod Cornelius pœnitentes apostatas recepisset.

Antiochiæ.14.constituitur ep̄us Demetrianus.

255 2 Romanæ ecclesiæ ep̄atū tenet.21:Lucius mēses.8: post quē.22.Stephanus ān.3.extāt ad utrūq Cypriāi ep̄le.

258.Olympias

Gallus & Volusianus cū aduersum Hæmilianum qui in Missia res nouas moliebatur ex urbe profecti essent: in foro Flaminii siue ut alii putant Iteramne īterfecti sunt.

Hæmilianus tertio mēse inuasæ tyrānidis extinctus.

Romanoꝝ.27.regnauit Valerianus & Gallienus annis.15.

256 2270 1 Valerianus in Rhetia ab exercitu Augustus.

Romanæ ecclesiæ ep̄atum tenet.23.Sistus ānis.8.

257 2 Gallienus Romæ a senatu Cæsar appellatus.

258 3 Cypriāus primū rhetor:deinde presbyter ad extremū carthaginensis ep̄us martyrio coronatur.

259.Olymp̄. Valerianus ī christianos p̄secutione cōmota statim a Sapore Persaru rege capitur:ibiq seruitute miserabili consenescit.

Roma noꝝ			anni mūdi	āni dñi
	4	Sapor rex pſaꝝ Syriaꝫ: Cyliciā & cappadociam depopulatur.	5440	259
		Valeriano ī Perſas ducto Gallienus noſtris pacē reddidit.		
	5	Antiochiæ.15.cōſtituit̄ epus Paulus Samoſaten⁹		260
		Gallieno in oēm laſciuiaꝫ diſſoluto Germani Rauennam uſqꝫ uenerunt.		
	6	Alemani uaſtatis galliis ī Italiā tranſiere. Græcia	5460.	261
	7	Macedonia: pontus: Aſia depopulata p Gothos.		262
		Quadi & Sarmatæ Pānonias occupauerunt.		
260.Olymp̄.		Germanis Hiſpanias obtinētib⁹ Tarracon expugnata eſt.		
	8	Parthi Meſopothamiā tenētes Syriā īcurſauerūt		263
	9	Alexādrīæ eccl'æ.14.eps ordinat̄ Maxim⁹ ān.19.		264
	10	Romæ.24.epus cōſtituit̄ Dionyſius ānis.9.		265
2280	11	Odenat⁹ decurio palmirēuſ collecta agreſtiū māu		266
261.Olymp̄.		ita pſas cæcidit: ut ad Chteſiphōtē caſtra poneret.		
	12	Hieroſolymaꝝ epatum tenet Hymenæus.		267
	13	Paulus Samoſatenus a cūctoꝝ pdicatiōe deſiſtēs		268
	14	Artemonis hereſim ſuſcitauit: ī cuius locū Antiochenæ eccleſiæ.16.ordinatur epus Doninus.		269
	15	Galliæ p Poſtumū & Victorinū & tetucū receptæ		270
262.Olymp̄.		Gallienus Mediolani occiditur.		
Romanoꝝ.28.regnauit Claudius āno uno mēſibus.9.				
	1	In Alexandria Bruchiuꝫ quod per multos annos fuerat obſeſſum tandem deſtruitur.	5470.	271
	2	Claudi⁹ Gotthos Illyricū & macedoniā uaſtātes ſupat: ob q̄ in curia clipeus ei aureus & ī capitollio ſtatua aurea collocata eſt.		272
		Claudius Firmi moritur.		
		Quintilius Claudii frater a Senatu Auguſtus appellatus.17.imperii ſui die Aqleiæ occiditur.		
Romanoꝝ.29.regnauit Aurelianus ānis.5.mēſibus.5.				

āni dñ. Romanorum

273 1 Antiochenæ ecclesiæ.17.ordinatur epūs Thynæus.
Aurelianus Tetrico ap̄ Catelaunos ꝓdente exercitum suum Gallias recipit.
274 2 Zenobia ap̄ Timmas haud longe ab Antiochia uincit: quæ occiso Odenato marito oriētis tenebat īpium: ī qua pugna strenuissime aduersum eā dimicauit Pōpeianus dux cognomento Francus: cuius familia hodieq; ap̄ Antiochiā pseuerat: & ex cuius euagrius p̄sbyter carissim⁹
263.Olympias. nobis stirpe descendit.
Euxebius Laodicenus epūs insignis habetur.
275 3 Aurelianū Romæ triūphātē Tetricus & zenobia p̄cesserunt.ex quibus Tetricus corrector postea Lucaniæ fuit & zenobia in urbe sūmo honore cōsenuit: a qua hodieq; Romæ zenobia familia nuncupatur.
276 2290 4 Aurelianus tēplū soli ædificat: & Romam firmioribus muris uallat.
Primus Agon solis ab Aureliano constitutus.
277 5 Aureliāus cū aduersum nos psecutionē mouisset: fulmē iuxta eū comitesq; eius ruit: ac nō multo post īter Cōstātinopolim & Heracleā in cano florio uiæ ueteris occidit.
278 1 Romanorum.30.regnauit Tacitus menses.6.
Quo ap̄ pontē occiso obtinuit Florianus impium dieb⁹ 88: hoc quoq; apud Tharsum interfecto.
Romanorum.31.regnauit Probus ān.6.menses.4.
279 1 Romanæ ecclesiæ epātum.25.suscipit Felix ānis.5.
264.Olymp̄.Probus Gallias a Barbaris occupatas ī genti uirtute restituit.
280 2 Anatolius Laodicenus epūs phōrum disciplinis eruditus plurimo sermone celebratur:

Secūdo āno ꝓbi iuxta Antiochenos.325.ānis fuit.Iuxta Tyrios.302.Iuxta Laodicēos.324.Iuxta Edesēōs.588 Iuxta Ascalonitas.380.

Roma noꝝ — anni mūdi — āni dñi

5 Inſana Manicheoꝝ hæreſis ī cōe humani generis malum exorta. 5480 281

Probus Gallos & pānonias Vineas habere pmiſit almeāq; & aureū montē militari manu cōſitos pro uincialibus colendos dedit.

Antiochiæ.18.conſtituitur epus Cyrillus.

4 Saturninus magiſter exercitus nouā ciuitatē Antiochiæ orſus eſt condere:q poſtea impiuſ molit⁹ inuadere Apameæ occiditur. 282

5 Romanæ eccl'æ epatū ſuſcip.26.Eutichian⁹mēſib⁹.8. 283

265.Olymp̄. Poſt quē.27.Gaianus ānis.15.

6 Probus tumultu militari apud Syrmium in turri q̄ uocatur ferrata occiditur. 284

Alexādrinæ eccl'æ.15.epus p̄fuit Theonas ān.19.

Romanoꝝ.32.regnauit Car⁹cū filiis Cario & Numeriāo ān.2

1 Carus Narbonēſis cū ōi pthoꝝ regiōe uaſtata cochlem & Chteſiphōtē nobiliſſiās hoſtiū urbes cepiſſet ſup Tigrim caſtra ponēs fulmīe ictus īteriit 285

2 Numerianus cuſ ob oculoꝝ dolorē lecticula ueheretur īſidiis Apri ſoceri ſui occiſus eſt. uix fetore cadaueris poſt aliquot dies ſcelere cōperto. 286

Carinus p̄lio uictus apud Margnū occiditur.

Romanoꝝ.33.regnauit Dioclitianus annis.20.

2300 1 Dioclitiāus dalmata ſcribæ filius impator electus 287

2 ſtatim Apruſ in militū conciōe pcuſſit iurans non ſine ſuo ſcelere Numerianū interfectum. 288

266.Olymp̄.Dioclitian⁹ī cōſortiū regni herculiū Maximianū aſſūpſit:q ruſticoꝝ multitudīe opp̄ſſa q̄ factiōi ſuæ

3 Baccharidaꝝ nomē īdiderat pacē Galliis reddidit. 289

4 Carauſius ſumpta purpura Britānias occupauit. 290

5 Narſeus orienti bellū ītulit: qnq; gentiāi Africā īfeſtauerūt. Aegyptū Achilleus obtinuit:ob quæ Conſtantius & Galerius Maximianus Cæſares 5490 291

assumũt in regnũ: quorum cõstanti⁹ Claudii ex filia nepos
fuit Galerius in Dacia haud longe a Geroica natus: atq;
ut eos Dioclitianus etiã affinitate cõiungeret: Cõstãtius
priuignã Herculii Theodorã accepit: ex qua postea sex
liberos Cõstãtini frẽs hũit Galeri⁹ filiã Dioclitiãi Vale
267. Olymp. riã duxit ãbo uxores q̃s hũerãt repudiare cõpulsi
292 6 Busyris & coptus cõtra Romãos belligerantes ad solũ
usq; subuersæ sunt.
293 7 Carporum & Basternarum gẽtes ĩ Rõanũ solũ trãslatæ sunt
294 8 Primus Dioclitian⁹ adorari se ut dñi iussit: & gẽmas ue
295 9 stibus calciamẽtis inseri: cũ ante eũ oẽs ĩpatores ĩ modũ
iudicum salutarentur & clhamidem tantum purpuream
268. Olymp. a priuato habitu plus haberent.
296 10 Romanæ ecclesiæ. 28. epatũ suscipit Marcellin⁹ ãn. 9.
297 2310 11 Alexãdria cũ omni Aegypto p Achilleũ ducem a Ro
298 12 mana potestate desistens. 8. obsidionis mense a Diocli
tiano capta est. Itaq; plurimi p totũ Aegyptu; grauibus
pscriptionibus exiliisq; uexati interfectis q pduellionis
299 13 causa extiterunt.
ecclesiæ Hierosolymarum. 27. ordinat̃ epus Labdas.
Post decem annos p Asclepiodotu; prefectum p̃torius
Britãniæ receptæ.
Iuxta Lingõas a Constantio Cæsare. 60. milia Alema
norum cæsa.
Galerius Maximianus uictus a Narseo ante carpentum
269 Olymp. Dioclitiani purpuratus cucurrit.
300 14 Veturius magister militiæ christianos milites psequit̃
paulatim ex illo iã tp̃re psecutione aduersu; nos ĩcipiẽte
301 15 Galeri⁹ Maximian⁹ supato Narseo & uxorib⁹ 5500
& liberis sororibusq; eius captis a Dioclitiano
in genti honore suscipitur.
302 16 Thermæ Romæ Dioclitianæ factæ & maximianæ
Carthagine eccl'æ Hierosolymarum. 38. p̃fuit Thermon.

Roma noꝝ			ãni dñi
17	Antiochiæ.19.constituitur epus Tyrrannus. Alexandrinæ ecclesiæ.16.post Theonam epus ordinat̃ petrus:q postea.9.p̃secutionis ãno gloriose martyriuꝫ perpetrauit.		503
18 / 270.Olymp̃.	Dioclitianus & Maximian⁹ augusti ĩsigni põpa Romæ triũpharunt antecedentibus currũ eoꝝ Narsei cõiuge sororibus liberis & õi p̃da qua pthos spoliauerat. Terremotu horribili ap̃ Tyꝝ & Sydonẽ multa opa conciderunt:& populus innumerabilis oppressus est.		504
19	Decimo nono anno Dioclitiani mense martio in diebus paschæ ecclesiæ subuersæ sunt.		505
20	Persecutio christiana.	Secundum Antiocenos ãn.351.	506
	Secũdo anno p̃secutionis Dioclitianus Nicomedie: Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt. Gallerius solus augustus impium biennio tenuit:Mox cũ alio ãnis.16.		
1 / 271.Olymp̃.	Romæ.29.epus constituit̃ Eusebius mensibus.7.post quẽ.30.ecclesiã tenet Milciades ãnis.6.		507
2	Maximianus & Seuerus a Gallerio Maximiano Cæsares facti. Cõstantius.16.ĩperii anno diẽ obiit in Britãnia Eboraci post quem filius eius Constãtinus ex cõcubina Helena ꝓcreatus regnũ ĩuadit quarto p̃secutionis anno.		508
Romanoꝝ.34.regnauit Constantinus ãn.30.mẽses.10.			
1	Maxentius Herculii Maximiani filius a p̃torianis militibus Romæ augustus appellatur. Seuerus Cæsar a Galerio maximiano cõtra Maxentiuꝫ		509

missus Rauẽnæ secundo impii sui ano interficitur.

510 2 Licinius a Gaberio cornũti ĩpator factus.
Herculius maximian⁹ a filia Fausta detectus quod dolũ Constantino uiro suo pararet Massiliæ fugiens occiditur.

511 3 + Quirinus epũs Scesianus gloriose pro christo interficitur. nam manuali mola ad collum ligata e ponte ꝑcipitatus in flumen diutissime supnatauit: & cũ spectantibus collocutus: ne sui terrerentur exemplo: uix orans ut mergeretur obtinuit. 5510

272. Olympias.

512 4 Galerius Maximiãus moritur. 20. ĩperii sui ãno: quod ptim Cæsar: ptim augustus exercuit.

513 5 Romanæ ecclesiæ. 31. ordinatur epũs Syluester ãn. 21.

514 6 Maximianus ꝑsecutione in christianos facta: cum iam a Licinio puniendus esset: apud Tharsum moritur anno imperii sui sexto.

7 Alexandrinæ ecclesiæ. 17. ordinatur epũs Achilas.

515 Maxentius iuxta pontẽ Miluiũ a Cõstantino supatus occiditur anno imperii sui sexto.

273. Olymp̃. Bellum cilalense aduersus Licinium.

516 8 Hierosolymaꝝ. 32. epũs cõstituitur Macharius.

517 9 + Dioclitian⁹ haud ꝓcul a Salonis ĩ Villæ suæ palatio moritur: & solus oĩum inter deos priuatus refertur.

Roma nou | āni dñi

10 Crispus & Constātinus filii Cōstantini & Licini⁹ ado 518
11 lescens Licinii augusti filius Cōstātini ex sorore nepos 519
274. Olymp. Cæsares appellantur: quou Crispus Lactantius
12 latinis litteris erudit uir oīum suo tp̄re eloquentissimus: 520
sed adeo in hac uita pauper: ut plærūq; etiam necessariis
indiguerit.
Pax nostris a Constantino redditur.
13 Licinius christianos de palatio suo pellit. .5520. 521
14 Basile⁹ Amasiæ pōti ep̄s sub Licinio martyrio coronat̄. 522
15 Alexādrinæ ecclesiæ. 18. ordinat̄ ep̄s Alexander: a quo 523
Arrhyus p̄sbyter de ecclesia eiectus multos suæ īpietati
275. Olymp. sociat: ad quā pfidiam coarguendā synodus. 318.
16 ep̄ou in Niceam urbem Bithyniæ cōgregata oēs hæreti 524
cou machinas Omusii oppositione deleuit.
17 Constantius filius Constantini Cæsar factus. 525
18 Licini⁹ Thessalonice cōtra ius sacramēti priuat⁹ occidit̄. 526
19 Nazarius rhetor insignis habetur. 527
276. Olymp. Crispus filius Cōstantini & Licinius Iunior con
stantiæ constātini sororis & Licinii supioris filius crude
lissime interficiuntur anno imperii sui nono.
20 Vicennalia Cōstantini Nicomediæ acta & sequenti āno 528
Romæ ædita.

Hucusq; historiā scribit Eusebius pamphili martyris cō
tubernalis: cui nos ista subiecimus.

Arnobius rhetor in Africa clarus hētur: q cū in ciuitate
Siccæ ad declamandū iuuenes erudiret & adhuc ethnic⁹
ad credulitatē somniis cōpelleret̄ neq; ab ipso īpetraret
fidē quā semp īpugnauerat elucubrauit aduersum pristi
nā religionē luculētissimos libros & tandē uelut qbusdā
obsidibus pietatis fœdus impetrauit.

ãni dñi Roma nostra anni mũdi

329 21 Drepanã Bithiniæ ciuitate in honorẽ martyris Luciani ibi conditã Constantin⁹ instaurans ex uocabulo matris suæ helenopolim nuncupauit.

330 22 In Antiochia dñicu; quod uocat̃ aureũ ædificari cœptũ. Constantinus uxorẽ suã Faustam interficit. Donatus agnoscitur: a quo p Africam Donatiani Antiochiæ post Tyrãnu;.20.ordinat̃ eps Vitalis post quẽ.21.Philogonius: cui successit.22.Paulinus: post quẽ 23.Eustachius quo in exiliũ ob fidẽ truso usq; in pñtem diem arrhyani ecclesiã obtinuerũt.i.eulalius: Meletius: Eusebius: Euphronius: Placillus: Stephanus: Leontius Eudoxius: Euzouius: Dorothe⁹ rursu; Meletius: quo℞ idcirco tp̃ra nõ digessi: quod eos hostes potius christi q̃ ep̃os iudicem

331 23 Iuuencus p̃sbyter natione hispanus euangelia heroicis uersibus explicat. 5530
Porphyrius misso ad Constantinũ ĩsigni uolumine exilio liberatur.

277.Olympias. Alexandriæ.19.ordinat̃ ep̃us Athanasius.

332 24 Dedicat̃ Constãtinopolis oĩum pene urbiũ nuditate. Metrodorus phũs agnoscitur.

333 25 Romæ.32.ep̃us ecclesiã tenuit Marcus menses. 8. post quẽ.33.ordinatus ẽ Iullius ãn.16.menses. 4.
Edicto Constantini gentilium templa subuersa sunt.

334 26 Romani Gotthos in Sarmata℞ regiõe uicerunt.

335 27 Constantius filius Cõstantini ꝓuehitur ad regnum.

278.Olymp̃.Pestilentia & famæ innumerabilis multitudo in Syria Cyliciaq; periit.

336 28 Sarmatæ litigantes dominos suos qui nũc arcaragantes uocantur facta manu in Romanum solum expulerunt. Callocerus in Cypro res nouas molitur & opprimit̃.

337 2350 29 Cõstantinus cum liberis suis honorificas ad Antonium monachum litteras mittit.

30 Tricēnalibus Constantini Dalmatius cæsar appellatur. 338
Pater rhetor Romæ gloriosissime docet.
Nazarii rhetoris filia Eunomia christiana uirgo ī eloquē tia patri coæquatur.
Tiberianus uir disertus pretorii Gallias regit.
Eustachius cōstantinopolitan⁹ p̄sbyter agnoscitur: cui⁹ industria in Hierosolymis martyriū constructum ē.
31 Constantinus extremo uitæ suæ tp̄re ab Eusebio Nico mediensi ep̄o baptizatus in Arrhyanū dogma declinat: a quo usq; in p̄sens tp̄us ecclesiar̄ rapinæ & totius orbis est secuta discordia. 339
Cōstantinus cū bellum paret in Persas in Acirone uilla publica iuxta Nicomediā morit̄ āno ætatis.66: post quē tres liberi eius ex cæsaribus Augusti appellantur.
279. Olympias.
Romanor̄. 35. regnauit Constantinus Cōstantius & Cōstās annis. 24. menses. 5. dies. 12.
1 Abladius p̄fectus p̄torii & multi nobiliū occisi. 340
Sapor rex Persar̄ Mesopothamia uastata duob⁹ ferme mensibus Nisibim obsedit.
Dalmatius cæsar quē patruus Cōstantin⁹ cōsortē regni filiis dereliquerat factiōe Cōstantii patruelis & tumultu militari interimitur anno imperii sui tertio.
Iacobus Nisibenus ep̄us agnoscit̄: ad cuius preces sæpe urbs discrimine liberata est.
2 Ex hoc loco īpietas Arrhyana cōstātii regis fulta p̄sidio. 5540. 550 exiliis carcerib⁹ & uariis afflictionū modis primo Athanasiū; deīde oēs nō suæ p̄tis ep̄os p̄secuta ē.
3 Cōstātius bellū fratri īferēs iuxta Aqleiā Alsæ occidit̄ 351
4 Vario euentu aduersu; Frācos a Constante pugnatur. 352
Multæ orientis urbes terremotu horribili cōsederūt.
Aude⁹ ī Syria coele clar⁹ hēt̄: a quo Hæresis Audiana
230. Olympias.

āni dñi Roma noꝝ

355 5 Franci a Cōstante ꝑdomiti:& pax cū eis facta.
Hermogenes magiſter militiæ Cōſtātinopolim tract⁹ a populo ob epm̄ Paulū quē regis imperio & Arrhyanoꝝ factione pellebat.
Antiochiæ dñicum aureum dedicatur.
Macedonius artis plumariæ in locū Pauli ab Arrhyāis epis ſubrogatur:a quo nūc Hæreſis macedoniana.
Paulus crudelitate p̄fecti Philippi nā fautor Macedonii partiū erat & Arrhyanoꝝ īſidiis ſtrangulatur.

354 6 Maximinus Treueroꝝ ep̄s clarus hētur: a quo Athanaſius Alexādriæ ep̄us cū a Cōſtantino q̄reret̄ ad pœnaꝫ honorifice ſuſceptus eſt.

355 7 Sapor Perſaꝝ rex chriſtianos pſequitur.
Neo Cæſarea in ponto ſubuerſa excepta eccleſia ab ep̄o cæteriſq; q ibidem reperti ſunt.

356 2360 8 Tityan⁹uir eloq̄ns p̄ſcūrā p̄torii ap̄ Gallias admīſtrat.
281.Olymp̄.Athanaſi⁹ad cōſtantis lrās Alexādriā regredit̄.

357 9 Dyrachiū terremotu corruit:& trib⁹ dieb⁹ ac noctibus Roma nutauit:plīmæq; cāpaniæ urbes uexatæ.
Magnis rei.p.expēſis ī Seleucia Syriæ port⁹effectus.

358 10 Rurſuꝫ Sapor tribus mēſibus obſidet Niſibim.
Euſebius emeſenus arrhyanæ ſignifer factiōis multa & uaria conſcribit.

359 11 Solis facta defectio.
Bellū pſicū nocturnū ap̄ Singarā ī quo haud dubiā uictoriā militū ſtoliditate ꝑdidim⁹.Neq; uero ullū Cōſtātio ex nouē grauiſſimis p̄liis contra Perſas grauius bellum fuit.Nam ut alia omittam Niſibis obſeſſa Bizabde & Amida captæ ſunt.
40.Maxim⁹poſt machariū Hieroſolymaꝝ ep̄s morit̄: poſt quē eccleſiā arrhyani īuadūt.i.Cyrillus Euthichi⁹ rurſum cyrillus hireneus tertio Cyrillus hylarius:q̄rto Cyrillus:quoꝝ Cyrillus cuꝫ a Maximo fuiſſet p̄ſbyter

156
ordinatus:& post mortē eiꝰ ita ei ab Acatio cæsariensi & cæteris arrhyanis epatus ꝓmitteret̄ si ordinationē Maximi repudiasset diaconus in ecclesia ministrauit. ob quē īpietatē sacerdotii mercede pensatus heracliū quē moriens Maximꝰ in suū locū substituerat uaria fraude sollicitans de epo in presbyterꝝ regradauit.
12 Romanæ ecclesiæ. 34. ordinatur epus Liberius: quo in exilio ob fidem truso oēs clerici iurauerūt: ut nullū aliuꝫ suscipent. Verꝝ cū Felix ab arrhyāis fuisset ī sacerdotiuꝫ substitutus plurimi peierauerūt:& post ānum cū Felice eiecti sunt: qa liberiꝰ tædio uictus exilii & ī hæretica prauitate subscribens Romā q̄si uictor ītrauerat. 5550. 360
282. Olymp̄.
13 Magnētio ap̄ Augustudunū arripiēte īpiuꝫ cōstās haud longe ab Hispania ī castro cui helenæ nomen ē: īterficit̄ āno ætatis. 50. impii uero sui āno. 13. quāobrem turbata re.p. Vetranio Murse Nepotianꝰ Romæ īpatores facti Romæ ppl'us aduersuꝫ Magnentiacos rebellās ab heraclida senatore proditur. 561
Nepotiani capud pilo p̄ urbem circūlatum: multæq; proꝓscriptiōes nobilium & cædes factæ.
14 Vetranioni ap̄ Naisuꝫ a cōstantio regiū īsigne detractū. 562
Magnētiꝰ Mursæ uictꝰ: In quo p̄lio Rōæ uires cōciderūt.
Gallus Cōstantii patruellis Cæsar factus.
15 Gallus Iudæos q interfectis p̄ noctem militibus arma ad rebellanduꝫ inuaserāt. opp̄ssit cæsis multis hoīuꝫ millibꝰ usq; ad innoxiā ætateꝫ & ciuitates eoꝝ Diocæsariā Tiberiadeꝫ & diospolim plurimaq; oppida igni tradidit. 563
Nōnulli nobiliū Antiochiæ a Gallo interfecti.
16 Magnētius Lugduni ī palatio ꝓpria se manu īterfecit:& Decētius frater eius quē ad tuēdas Gallias Cæsarē miserat apud Senonas Laqueo Vitam explet. 564
Gēnadius forensis orator Romæ īsignis hētur.
283. Olymp̄. Mineruius Burdegalensis rhetor Romæ florentissime docet.

565 17 Gallus cæſar ſollicitatꝰa Cōſtantio patrueli cui ī ſuſpicio
nem ob egregiā indolē Venerat in Iſtria occiditur.
Syluanꝰ ī Gallia res nouas molitus.29.die extinctus ē.
Victorinꝰ rhetor & Donatus grāmaticus pceptor meꝰ
Romæ īſignes hēntur:e qbus Victorinus etiam ſtatuā
in foro Traiani meruit.
Paulinꝰ& Rhodianꝰ Galliaꝝ epī ī exiliū ob fidē truſi.

566 2370 18 Alcimꝰ & Delphidiꝰ rhetores ī Aqtania florētiſſīe docēt
Petrus cæſar Auguſte orator inſignis docet.
Donatus a quo ſupra Donatiāos ī Africa dici memora
uimꝰ Carthagīe pellitᷣ:qdā ſectatores eiꝰ etiā Mōtenſes
uocāt:eo quod eccl'iā Rōæ primū ī mōte habere cœpit.
Euſebius Vercellenſis epus & lucifer ac Dionyſius cara
litanæ & Mediolanēſis eccleſiæ epi.
Pancratius quoq; Romanus pſbyter & hylariꝰ diacōus
diſtātibus īter ſe ab arrhyāis & Cōſtātio dānātᷣ exiliis.
Iullianus frater Galli Mediolani Cæſar appellatur.

567 19 Antonius monachus .105.ætatis anno in heremo mo
ritur ſolitus multis ad ſe uenientibus de Paulo quodam
Thebæo miræ beatitudīs uiro referre cōplura: cuiꝰ nos
exitum breui libello explicauimus.
Hylarius epus Pictauiēſis fact ōe Saturnini Arelatēſis
epī reliquoꝝq; q cū eo erant arrhyanoꝝ ante trienniu; ī
phrigiā pulſus libros de noſtra relligiōe cōponit.
Relliqæ apoſtoli Thymothei Cōſtātinopolim īuectæ.
Sarmata Amatas & Macharius diſcipuli Antonii inſi
gnes habentur.
Liberius epus Romanoꝝ in exilium mittitur.
Magnæ Alemanoꝝ copiæ apud Argentoratū oppidū
Galliaꝝ a cæſare Iulliano oppſſæ.

568 20 Sarraceni monaſteriū beati Antonii irruentes Sarma
tā īterficiunt.
Cōſtantio Romam īgreſſo oſſa Andreæ apl'i & Luce
euangeliſtæ a Cōſtantīopolitanis miro fauore ſuſcepta.

21 Nicomedia terremotu funditus euersa uicinis urbibus ex parte uexatis. 369
Paulinus Treueroꝝ ep̄us ī phrygia exulans moritur.
Euātius eruditissim⁹ grāmaticoꝝ Cōstātīopoli diē obit in cuius locū ex Africa Crestus adducitur.
22 Synodus ap̄ Ariminū & Seleuciā Isauriæ facta: in qua. 5560. 370
antiqua patrū fides decem primo legatoꝝ de hinc cīum proditione damnata est.
Honoratus ex p̄fecto pretorio Galliaꝝ primus Cōstantinopoli præfectus urbis factus.
Gratianus q nūc īpator est nascitur.
Hylarius cū apud Constantinopolim librū pro se Constantio porrexisset ad Gallias redit.
Macedonius Constantinopoli pellitur.
Omnes pene toto orbe ecclesiæ sub noīe pacis & regis Arrhyanoꝝ cōsortio polluuntur.
23 Cōstantinopoli ecclesiaꝝ maxima dedicatur. 371
Meleti⁹ Sebastiæ Armenioꝝ ep̄us ab Acatio & Georgio ep̄is arrhyanis Antiochiā trāsfert̄: & nō post grāde tp̄ris interuallū cū p̄sbyteros q ab Eudoxio antecessore suo depositi fuerant: suscepisset exilii iustissimaꝫ causam subita fidei mutatione delusit.
Gallia p Hylariū Ariminensis p̄fidiæ dolos damnat.
24 Cōstantius Mopsocrenis inter Cyliciā cappadociamqꝫ moritur anno ætatis. 45. 372

Romanoꝝ. 36. regnauit Iullianus ān. 2. menses. 8.

285.. Olymp̄. Iuliano ad Idoloꝝ cultū cōuerso blanda p̄secutio
1 fuit illiciens magis q̄ īpellens ad sacrificandū: ī qua mlti ex nostris uoluntate ꝓpria corruerunt. 375
Georgio post sedicionē populi incenso q in locuꝫ Athanasii ab Arrhyanis fuerat ordinatus Athanasi⁹ Alexādriam reuertitur.
Eusebius & Lucifer de exilio regrediuntur: e quibus Lucifer ascitis duobus aliis cōfessoribus Paulinū Eustachii

cpi pſbyteꝝ: q ſe nunq̃ hereticoꝝ coione pollueratī pte catholica Antiochiæ epm facit.

574 2 Proheresius ſophiſta Atheniēſis lege data: ne chriſtiãi liberaliũ artiũ doctores eſſent: cũ ſibi ſpecialiter Iulian⁹ concederet ut chriſtiãos doceret ſcholã ſpõte deſeruit.

Hæmylianus ob ararũ ſubuerſionē doroſtori a Vicario incenditur.

Eccleſia Antiochiæ clauſa & grauiſſima īminentis pſecutiõis pro cela dei uoluntate ſopita eſt. Nam Iulianus in Perſas pfectus noſtrũ poſt uictoriã diis ſanguinē uouerat: ubi a quodã ſimulato pfuga ad deſerta pductus cum fame & ſiti apoſtata pdidiſſet exercitum & īconſultius a ſuoꝝ erraret agminibus ab obuio forte hoſtiũ eqte cõto ilia pfoſſus īteriit ãno ætatis. 32. poſt quē ſequenti die Iouianus ex primocerio domeſticoꝝ īpator factus.

Romanoꝝ. 37. regnauit Iouianus menſes. 8.

575 1 Iouianus rerũ neceſſitate cõpulſus Niſibim & magnam Meſopothamiæ ptem Sapori pſaꝝ regi tradidit.

Synodus Antiochiæ a Meletio & ſuis facta ī qua homuſion ī homuſion eoq; reiecto mediũ īter hæc homouſiõ Macedonianũ dogma uindicauerunt.

Iouianus cruditate ſiue odore primaꝝ quas nimias adoleri iuſſerat Dadaſtane morit̃ ãno ætatis. 34. poſt quē Valentinianus tribunus ſcutarioꝝ e pãnonia cebalenſis ap̄ Niceam Auguſtus appellatus frēm Valentē Cõſtãtinopoli in coionem regni aſſumit.

Romanoꝝ. 38. regnauit Valētinian⁹ & Valens ãn. 14. mſes. 5.

576 1380 1 Valentinianus egregius alias īpator & Aureliano moribus ſilis: niſi quod ſeueritatē eius nimiã & pcitatem qdã crudelitatem & auaritiã interpretabantur.

286. Olympias.

Apollinaris Laodicenus epūs multimoda nostræ religionis scripta componit.

2 Terremotu p totū orbē facto mare litt⁹ egredit͂: & Siciliæ multarumq; īsularum urbes īnumerabiles pplos oppssere 577

Procopius q apꝫ Cōstātinopolim tyrānidem īualerat: apꝫ Phrygiā salutarē extinctus est & plurimi pcopianæ ptis cæsi atq; proscripti.

Romanæ ecclesiæ. 35. ordinat͂ eps Damasus. & nō post multū tpris interuallū Vrsinus a qbusdā epus cōstitutus Siciniu; cū suis inuadit a quo Damasianæ ptis & Arrhyanæ populo cōfluente crudelissime interfectiōes diuersi perpetratæ.

Valens ab Eudoxio Arrhiānorum epo baptizatus nostros persequitur.

3 Gratianus Valētiani fili⁹ Ambianis impator factus. 578

Tanta Cōstantinopoli ē orta tēpestas: ut miræ magnitudinis decidens grando nō nullos hoīum interfecerit.

Apꝫ Atrabatas lana e cælo pluuiæ mixta defluxit.

Hylarius epus Pictauiensis moritur.

4 Nicæa q̄ sæpe ante corruerat: terremotu fundit⁹ euersa. 579

Libanius Antiochenus rhetor īsignis habetur.

5 Agon Constantinopoli a Valente redditus. 5570. 580

Hartanaricus rex Gotthorum ī christianos psecutiōe commota plurimos interfecit: & de propriis sedibus in Romanum solum expellit.

287. Olympias.

Euxebius epus Vercellensis moritur.

6 Constantinopoli apostolorum martyrium dedicatur. 581

Magna fames in phrygia.

Lucifer caralitanus epus moritur: qui cū Gregorio epo Hispaniarum & philone Libyæ nunq̄ se Arrhyanæ miscuit prauitati.

532 7 Maximin⁹ p̄fectus ānonæ maleficos ab imperatore īuesti gare iussus plurimos Romæ nobiliū occidit.
Valentin⁹ ī Britānia ante q̄ tyrannidē īuaderet opp̄ssus.
Presbyter Syrmii iniq̄ssime decolat̄: quod Octauianus ex proconsule ap̄ se latitantē ꝓdere noluisset.

533 8 Didimus Alexandrinus multa de nostro dogmate per notarios cōmentatur: q post qntum natiuitatis suæ annū luminibus orbatus elemētoꝝ quoq; ignarus fuit.
Eqtius comes Illyrici iniq̄ssimis tributoꝝ exactiōib⁹ āte ꝓuincias q̄s regebat tanq̄ a barbaris uastarent̄ erasit.

534 9 Eunomius discipulus Acti Cōstantinopoli agnoscitur: a quo hæresis eunomiana Saxones cæsi de Vsone in re gione Francorum.
Burgūdioꝝ.80.ferme millia quod nunq̄ antea ad Rhe num descenderunt.
Clearcus p̄fectus urbis Cōstantinopoli agnoscit̄: a quo necessaria & diu expectata uotis aqua ciuitati īducitur.
Alexādriæ.20.ordinatur ep̄us Petrus: q post Valentis interitum tam facilis in recipiendis hereticis fuit: ut non nullis suspicionē acceptæ pecuniæ intulerit.

288.Olympias.

535 10 Melania nobilissima mulierū Romanaꝝ & Marcelini quondā consulis filia unico p̄core tunc Vrbano filio dere licto Hierosolymā nauigauit: ubi tanto uirtutū p̄cipueq; humilitatis miraculo fuit: ut Tecle nomen accepit.
Post Auxētii seram mortem Mediolāi Ambrosio ep̄o constituto oīs ad fidem rectā Italia cōuertitur.
Aqleienses clerici quasi chorus beatoꝝ hēntur.

536 2390 11 Quia supiore anno Sarmate Pānonias uastauerūt: idē consules ꝑmansere.
Valentiniāus subita sanguīs eruptiōe: quod Græce apo plesis uocat̄ Brigitio morit̄: post quē Gratian⁹ assūpto in īpium Valentiano fratre cū patruo Valente regnat.

Romanorum | anni domini

multi monachorum Nitriæ heremo Aegyptiorum per tribunos & milites cæsi.
Valens lege data ut monachi militarent: nolentes fustibus iussit interfici.
12 Theodosius Theodosii postea imperatores pater & plurimi nobilium occisi. 587
Photinus in Galathia moritur a quo Photinianorum dogma iudaicum.
Basilius Cæsariensis episcopus capadociæ clarus habetur: qui multa continentiæ & ingenii bona superbiæ malo decolorauit.

13 Alemanorum.30. circiter millia apud Argentariam oppidum Galliarum ab exercitu Gratiani strata. 588
Florentinus Bonosus & Ruffinus insignes monachi habentur e quibus Florentinus tam misericors in gentes fuit: ut uulgo pater pauperum nominatus sit.
Gens hunnorum Gotthos uastat: qui a Romanis sine armorum depositione suscepti per auariciam maximi ducis fame ad rebellandum coacti sunt.
Superatis in congressione Romanis Gotthi funduntur in Thracia.
289. Olympias.

14 Valens de Antiochia exire compulsus sera pœnitentia nostros de exiliis reuocat. 589
Lachrymabile bellum in Thracia: in quo deserente equitum præsidio Romanæ legiones a Gotthis cinctæ: usque ad internicionem cæsæ sunt. Ipse imperator Valens cum sagitta saucius fugeret: & ob dolorem nimium sæpe equo laberetur: ad cuiusdam uillulæ casam deportatus est: quo persequentibus Barbaris & incensa domo sepultura quoque caruit.

Ab urbe condita usq; ad extremum huius opis fiunt anni 1151. hoc modo

Sub regibus ān. 240

Sub Consulibus ān 464

Sub Augustis Cæsaribus ān. 427

Colliguntur omnes anni usq; in consulatum Valentis. 6. & Valentiniani iunioris iterum Augustorum.

A. 15. Tiberii anno & pdicatione domini nostri Iesu christi ān 351

A secūdo āno Darii regis Persarum quo tpre tēplū Hierosolymis īstauratū est āni. 899

Ab olympiade prima qua ætate Esaias apud Hebræos pphetabat anni 1155

A Solomone & prima ædificatiōe tēpli āni 1411

A captiuitate Troiæ quo tpre Samson ap Hebræos erat anni 1561

A moyse & Cecrope primo rege Atticæ āni 1990

Ab Habrahā & regno Nini & Semyramidis ān. 2395

Cōtinet oīs canon ab Habrahā usq; ad tempus suprascriptum anni 2395

A Dilluuio autē usq; ad Habrahā supputant āni 942

Et ab Adam usq; ad Dilluuium anni 2242

Fiunt ab Adam usq; ad. 14. Valentis ānnum. i. usq; ad consulatū eius sextum & Valentiniāi iterum omnes anni 5579

Beati Hieronymi īterptatio in Eusebium de temporibus finit.

Prosper cætera deinceps adiicere curauit.

Igitur Valente a Gothis in Thracia cōcremato.

Romanorum Gratianus cū fratre Valentiano.41.regnauit ān.6. .5530.590

1 Musonio & Olibrio cōsulibus Gratianus post mortem patrui Theodosii Theodosiū filiū in consortiu; assumit imperii:& ei regnum tradidit orientis.

Ea tēpestate Priscilianus eps de Galathiæ & Manichæorum & Gnosticorum dogmate hæresim nois sui condidit.

2 Gratiano quinto & Theodosio pro catholica fide multa sublimiter scribit Ambrosius. 591

3 Syagrio & Deuterio Martinus epus Thurinorum Galliæ ciuitatis multis clarus habetur. 592

4 Antonino & Syagrio Athanaricus rex Gotthorum apud Cōstantinopolim.15.quo fuerat susceptus die occidit. 593

5 Merobaude.11.& Saturnino Arcadius Theodosii īpatoris filius augustus appellatur. 594

6 Nicomede & Clearcho honorius Theodosii filius nascit. 595

Romanæ ecclesiæ post Damasu;.36.Sericus pfuit ān.16.

In Britānia p seditionē militū Maximus īpator ē factus: quo mox ad Gallias se transferente Gratianus Parisius Merobaudis magistri militū pditione supatus & fugiēs Lugduni captus atq; occisus est.

Maximus Victorē filiū suum consortem regni facit.

Romanorum.42.Valentinianus cū Theodosio regnauit ān.7.

1 Arcadio & Baucōe hoc tpre Hieronymus presbyter toto iam mundo clarus hitat in Bethleem egregio īgenio studio uniuersali ecclesiæ seruiens. 596

Hieronymus clarus habetur.

Priscilianus in Synodo Burdegalensi se damnandū ītelligens ad impatorem Maximu; puocauit:auditusq; Treueris ab Euodio pfecto ptorio a Maximo gladio addictus est cū Eucrocia delphidii rhetoris coniuge & lotroniāo aliisq; errore consorte.Burdegale qdam prisciliani discipula noie urbica ob impietatis ptinaciam per seditionem uulgi lapidibus extincta est.

397 2 Honorio nepote & Euodio
Valentiano. 3 .& Eutropio.

398 3 Theodosio. 2 .& Cynegio Maxim⁹ tyrãnus a Valẽtião & Theodosio ĩpatoribus ĩ tertio ab Aqlegia lapide spo liatus ĩdumentis regiis sistit: & capite damnatur: cuius filius Victor ab Argobaste ẽ interfectus in galliis.

399 4 Thimasio & ꝓmoto hictacius & Vrsacius epi ob necem Prisciliani cuius accusatores fuerant ecclesiæ coĩone priuantur.

400 5 Valẽtiano. 4 .& Necteorio signũ in cælo q̃si 5590
columba pendens ardensq; p dies. 3 o. apparuit.

401 6 Tyciano & Symmacho Eugeni⁹ fauore Argobaste confisus impium sibimet usurpauit.

402 7 Arcadio. 2 .& Ruffino Valentianus ad uitæ fastidiũ ni mia Argobastis magistri militũ austeritate ductus laq̃o apud Viennam periit.
Argobastes magister exercitus mortuo Valẽtiano cui⁹ exercitu grauabatur: Eugeniũ ĩ Galliis ĩpare facit.

Romanoꝝ. 43. Theodosius cũ ia3 p. 14. regnaret: ãnos regnat cũ Arcadio & honorio filiis ãn. 3.

403 1 Theodosio. 3 .& Abũdantio honoriũ pater su⁹ Theodo sius in eodem loco quo fratrẽ eius Arcadium cæsarem

404 2 fecerat: principem constituit. idest. 7 .ab urbe milliario cũ hora diei tertia tenebræ factæ sunt

405 3 Arcadio. 3 .& honorio. 2 . Iohãnes monachus anacorita clarus hẽtur: q ornatus ꝓphetiæ gratia Theodosiũ cõsu lentem de euentu belli quod aduersus Eugenium moue bat: uictorem futuꝝ ꝓdixit.

Olibrio & ꝓbino Theodosi⁹ Eugeniũ uincit & ꝑimit. Augustinus beati Ambrosii discipulus multa facundia doctrinaq; excellens Hippone regio ĩ Africa epus ordi natur. hoc tpre Claudian⁹ ĩsignis poeta ĩnotuit. Theodo sius ĩpator Mediolani moritur.

Romanorum.44. Arcadius cum iam regnasset ān.12.regnat cum fratre honorio ān.13.

Arcadio.4.& honorio terremotus p dies plurimos fuit: 406
1 cælumq; Ardere uisum est.
2 Cæsario & Attico iis cōsulibus Flacilla nata est filia 407
3 Arcadio.Honorio. 4 .& Euticiano 408
Romanæ ecclæ epatū.37.tenet Anastasi9ān. 3 .dies.21.
4 Manilio & Theodoro.11.cōsulibus cū hunc consulatum 409
iierat Eutropi9Eunuch9:q mox honore & uita exut9 ē.
5 Stilicone & Aureliano Gotthi Italiam Alarico & Rha.5600. 410
dagaso ducibus ingressi.
1 Vincentio & Fabricio Iohānes Cōstantinopolitanus & 411
Theophilus Alexādrinus illustres epi hēnt. S; utrūq; obscurauit discordia:q̄ eo usq; pcessit:ut Iohānes a Theophilo oppressus pontū exilio pgere cogeret.cū tamen coionem eius maxima ps eorum eporum Romani pontificis exemplum secuta seruauerit.
7 Arcadio. 5 .& Honorio. 5 .aduersus Gotthos uehemēter utriusq; polentiæ ptis clade pugnatum est. 412
8 Romanæ ecclesiæ.38.pest epus Innocēti9ān.15.mses.2. 413
Theodosio augusto & Rimorido Eudoxii Arcadii uxoris statua sup porphyricam colūnam posita est.
9 Honorio. 6 .& Aristeneto Eudoxia uxor Arcadii dies clausit. 414
10 Stilicone.11.& Anthenio Ragadas ius in Tusciam multis Gotthorum milliibus cæsis ducente exercitum Stilicone supatus & captus est. 415

11 Arcadio. 6 .& Probo Vādali & Allani Gallias traiecto Rheno pridie kalendas Ianuarias ingressi. 416

417 12 Honorio. 7. & Theodosio. 2. Cõstantin⁹ in Britannia tyrãnus exoritur: & ad Gallias transit.
Basso & Philippo Arcadi⁹ ĩpator Cõstãtĩopoli morit̃:
Romanoꝝ. 45. regnauit Honorius cũ Theodosio ãn. 16.
418 1 Honorio. 8. & Theodosio. 3. Vandali Hispanias occupauerunt.
419 2 Attalus Romæ ĩpator factus: q mox priuat⁹ regno Gotthis cohæsit Flauio Varrone ue cõsulibus Roma a Gotthis Alarico duce capta & ob hoc solus fuit orientalium ptium consul: quod in sequenti ãno obseruatũ est.
420 .5610. 3 Theodosio augusto. 4. consulatu suo Cõstantinus p Honorii duces Cõstantiũ & Vlfulam ap̃ arelatense oppidũ uictus & captus ẽ: cui⁹ filiũ Cõstãtẽ ĩ Hispania regnare orsum Geruntius comes ĩ Maximũ quendam tyrãnidẽ transferens interemerat.
421 4 Honorio. 9. & Theodosio. 5. maximo in Hispania regno ablato uita ẽ cõcessa: eo quod modestia humilitatis affectati imperii inuidiã non merebatur.
Gotthi rege Ataulfo Gallias ingressi eodẽ tp̃re Heros uir scũs & beati Martini discipulus cũ Arelatẽsi oppido ep̃s p̃sideret a pp̃lo ipsius ciuitatis ĩstans & nullis insimulationib⁹ noxi⁹ pulsus ẽ: inq; ei⁹ locũ parocl⁹ ordĩat̃ amic⁹ & fãiliaris Cõstãtis magistri militũ: cui⁹ p ip̃s gratia q̃rebat̃: eaq; res ĩter ep̃os regiõis illi⁹ magnaꝝ discordiarũ causa fuit.
422 5 Luciano ue clarissimo cõsule hui⁹ ĩ cõsulatu collega fuit Heraclian⁹: q nouaꝝ ĩ Africa reꝝ reus & honorẽ amitit & uitam.
Burgũdiões pteȝ Galliæ ꝓpinquãtẽ Rheno obtinuerũt Ioui⁹ & Sebastiãus frẽs ĩ Galliis regno acceptoĩterẽpti. Hac tẽpestate pelasgius Brito dogma noĩs sui cõtra gratiam christi cælestino & Iuliano adiutoribus exeũt: multosq; in suũ trahit errorẽ p̃dicans unũquenq; ad iusticiã uoluntate ꝓpria regi: tm̃q; accipe gratiæ: q̃tum meruit:

qa Adæ peccatū ipꝫ solū læserit: nec posteros eiꝰ obstrinxerit: unde & Valentibus possibile sit õi carere peccato: oẽsqꝫ puulos tam isontes nasci: q̄ primus homo ante pūaricationẽ fuit: & ideo baptizandos nõ ut peccato exuant̃ sed ut sacramento adoptionis honorent̃.
6 Cõstãtio uero cõsule Attalus Gotthorum cõsilio & p̄sidio tyrannidem resumit in Galliis. 423
7 Honorio.10.& Theodosio.6. Attalꝰa Gotthis ad Hispanias migrãtibus neglectus & p̄sidio carẽs capitur: & Cõstantio patricio uiuus offertur. 424
Ataulphus a quodã suorum uulneratus interiit: regnūqꝫ eiꝰ ualia pentis q idem cupere ĩteligebatur inuasit.
8 Theodosio.7.& Palladio placidiã Theodosii imꝑatoris filiã quã Romæ Gotthi cepunt q̄q̄ Ataulphus cõiugem hũerat Valia pacẽ Honorii expetens reddit: eiusqꝫ nuptias Cõstantius ꝓmeretur. 425
Romãæ ecclesiæ epatū.39.suscip̄ Sosiniꝰ ãn.1.mñsibꝰ.9.diebꝰ.3.
Quo tp̄re Pelasgius iã a papa Innocẽtio p̄dãnatꝰ Afrorum uigore & maxime Augustini ep̄i scia resistebatur.
9 Honorio.11.& Cõstantino.2. Honorius triũphans Romam ingreditur p̄eunte curru eius Attalo quem lyparæ uiuere exulem iussit. 426
10 Honorio.12.& Theodosio.8. hoc tp̄re Cõstantiꝰ seruꝰ christi ex uicario Romæ hĩtans & ꝓ gratia dei pelasgiis resistens factiõe eorumdem multa ꝑtulit: q̄ illis sanctis cõfessoribus sociauerunt. 427
Cõcilio ap̄ Carthaginẽ hĩto.214.ep̄corum ad Papam Sosinium synodalia decreta ꝑlata qbus ꝓbatis ꝑ totum mundum hæresis pelasgiana dãnata est.
Valentinianus Constantii & Placidiæ filius nascitur.6. nonas Iullias.
Romæ.40.ep̄atum tenet Bonifaciꝰ ãn.3.mẽses.9.
11 Maximo & Plinta Cõstãtius pacẽ firmat cũ Valia data ei ad hĩtãdũ Aqtãia & qbusdã ciuitatibꝰ cõfiniũ ꝓuĩciarum. 428

429 1 Theodosio. 8. & Cōstantio. 5. Cōstātius ab Honorio in consortiū regni assumitur. Hieronym⁹ p̄sbyter moritur anno ætatis suæ. 91. pridie kalendas octobris.

5620. 430 13 Agricola & Eustachio Cōstātius īpator moritur.

431 14 Honorio. 13. & Theodosio. 10. hoc tp̄re exercit⁹ ad Hispanias contra Vādalos missus ē: cuius crastinus dux fuit: q Bonifaciū uirorum bellicis artibus p̄clarorum inepto & iniurioso īpio ab expēdittōis suæ societate auertit. nam ille periculosum sibi atq; īdignū ratus seq quē discordē supbiētēq; expt⁹ esset: celeriter se ad portū urbis atq; īde ad Africā ꝓripuit: idq; rei. p. multorum laborum initiū fuit.

432 15 Mariniāo & Asclepiadoto placidia augusta a fratre Honorio pulsa ad orientem cū Honorio & Valentiniano filiis ꝓficiscitur.

Romanæ ecclesiæ. 41. p̄sidet epus Celestinus ān. 9.

